ὀττοττοτοῖ C. Brunckius, Schuetz.
ὀττοττοττοττοτοι L.
ὀττοτοῖ ὀττοτοτοῖ et ὀτοτοτοῖ utrumque ex Cant. 1. Butl.
ὀτοτοτοτοτοῖ Schol. C. Vict. Canter. Stanl. Pors. Burn. Pass. Sic in plerisque MSS. legi verisimile.
ὀτοτοτοῖ ὀτοττοὶ Ald. Rob.
ὀττοττοὶ Turn.
ὀτοττοτοῖ Both.
ὀτοτοτοῖ ὀτοτοτοῖ Blomf.
ὀτοτοτοτοὶ ὀτοτοτοτοὶ Lachm.
975. γ' ἅδε A. v. l. B. Med. Cant. 1. Viteb. Guelferb. Brunck. Schuetz. Pors. Blomf. Lach.
γ' ἅδ' ἁ B. et alii MSS. Ald. Rob. Turn. Vict. Canter. Stanl. Pass.
γὰρ ἅδε B. ap. Butl. C. G. L. Ven. 2.
Hic versus Xerxi ab aliis tribuitur.
976. οἶ pro οἴμοι A. Med. Ald. Rob. Burn. Blomf. Lachm.
οἴμοι vulgata lectio.
μάλα omissum Cant 1.
ἀγῶ C.
ἀλγεῖ Both.
977. ἔρεσθ' ἔρεσθε B.
ἔρεσσ' ἔρεσε C.
ἄρασσ' ἄρασσε correxit Pauw. suspicatur Blomf.
978. διαίνομαι γ' ἐδεινὸς ὢν G.
διαίνομαι γέεδνος ὢν Med.
διαίνομαι διαίνομαι γόεδνος ὢν Cant. 1.
διαίνομαι γὲ ἐδνὸς ὢν Mosqu.
Versum cum strophico locum mutare debere putant Butl. et Pass.
979. νῦν Ald. Turn. Rob. Vict. Stanl. Pass.

ΧΟΡΟΣ.

Μέλειν πάρεστι δέσποτα.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἐπορθίαζε νῦν γόοις.

ΧΟΡΟΣ.

Ὀτοτοτοτοῖ.
Μέλαινα δ' αὖ μεμίξεται,
οἶ, στονόεσσα πλαγά.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ στέρν' ἄρασσε, κἀπιβόα τὸ Μύσιον. στρ. ζ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνια ἄνια ἄνια.

Versum Choro continuat Rob.
980. μέλλειν B. G. Ald.
μέλει conj. Pauw.
981. νυν Blomf. Lachm.
982. ὀττοτοτοῖ A.
ὀττοτοὶ B. G.
ὀττοτοτοτοτοτοῖ Cant. 1.
ὀττοττοτοῖ C. Guelf. Brunck. Schuetz.
ὀτοτοτοτοῖ Schol. C. Ald. Rob. Vict. Stanl. Pors. Pass. Sic in plerisque MSS. legi verisimile.
ὀττοιττοὶ Turn.
ὀτοτοτοῖ ὀτοτοτοῖ Blomf.
ὀτοτοτοτοὶ ὀτοτοτοτοὶ Lachm. p. 104.
ὀτοττοτοῖ Both.
983. μοὶ μίξεται B.
Hic versus Xerxi tribuitur Ald. Rob. Turn., hic et qui sequitur sub Xerxis persona legitur ap. Vict. Canter., utrumque Choro dedit Stanl. Brunck. Schuetz. Pors. At Blomf. Pass. Lachm. Aldum secuti sunt.
984. οἶ Lachm.
μοὶ A. B. Med. Ox. Cant. 1. Guelf. Ald. Rob. Turn. Sed in iis praeponitur ΧΟ. unde licet conjicere ex personae nota in aliis libris natum esse καί.
μοι καὶ Vict. Canter. Stanl.
μοι καὶ expunxerunt Brunckius, Schuetz.
καὶ Pors. Blomf.
οἴμοι Herm. De metr. p. 420. Pass.
κἀμοὶ Both.
πλαγὸς C.
παλαγὰ Ald.
985. βόα τὸ Μύσιον Eustath. in Dionys. Perieg. v. 791.
καὶ βόα Herm. Elem. doctr. metr. p. 123. Butl.
κἀπιβόα Ald. Rob. Schuetz. Burn. Blomf. Pass. Lachm.
κἀπιβόα Schol. A. Turn. Vict. Stanl. Brunck. Pors.
Aut κἀπιβόα aut κάπιβόα MSS.
καὶ στέρν' ἀράσσων ἐπιβόα Pors. Add. ad Hec. p. 80.
κἀμβόα Both.
986. ἄνια ter C. Ven. 2. Ox. Cant. 1. Guelf. Ald. Rob.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καί μοι γενείου πέρθε λευκήρη τρίχα.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα, μάλα γοεδνά.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἄϋτει δ' ὀξύ.

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ τάδ' ἔρξω.

ΞΕΡΞΗΣ.

Πέπλον δ' ἔρεικε κολπίαν ἀκμῇ χερῶν. ἀντ. ζ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνια ἄνια ἄνια.

Turn. Pass.; bis in MSS. nonnullis, Vict. Stanl. Brunck. Schuetz. Pors. Both.

ἄνι', ἄνι', ἄνια Burn. Blomf.

ἄνι' ἄνια Butl.

ἄνι' ἄνι' ἄνι' ἄνια Lachm.

[98]7. πέρθε MSS. plurimi, Vict. Stanl. Brunck. et recentiores omnes. Sic Schol. A. qui tamen etiam κόπτε et τίλλε in MSS. invenisse videtur.

πέρθεν Rob.

ὕπερθος Lips. 2.

ὕπερθε A. v. l. C. Med. Ven. 2. Guelf. v. l. Schol. A. Turn.

ὕπερθεν B. Ald. Apertum est, has depravationes fluxisse ex verbis male distractis γενείο ὑπέρθε.

λευκήρνη Rob.

τρίσχα Ald.

988. ἄπριγδα ἄπριγδα Mosqu.

ἄπρικτα conj. Blomf.

Deest prius ἄπριγδα Lips. 2.

γόεδνα Schol. A. Ald. Rob. Turn. Vict. Stanl. Pors. Schuetz. 2. Blomf. Both. Lachm. Quod accentum attinet nil ex MSS. constat.

γοεδνά Brunck. Schuetz. 3. Pass.

989. ἀϋτεῖ Butl.

990. καὶ τάδ' ἔρξω A. B. G. Cant. 1. Guelf. Brunck. Schuetz. Pors. Both. Blomf Lachm.

καὶ τάδ' ἔρξω Pass.

καὶ τάδε ἔξω Ald.

καὶ τάδε ἔρξω MSS. plurimi, quantum videtur. Rob. Turn. Vict. Canter. Stanl.

991. πλέον pro πέπλον A.

ἔρεικ' Guelf.

ἔρρεικε Mosqu.

ἔρειδε Rob.

ἐγκολπίαν F. Guelf.

κολπίων et κόλπους Mosqu.

ἀκμῇ Ald. Rob.

ἀκμᾷ Schuetz. 3. ipse 1 et 2 vulgatam retinet.

992. ἄνια ter Ox. Ald. Turn. Pass.; bis in MSS. nonnullis, Rob. Vict. Stanl. Brunck. Schuetz. Pors. Both.

ΞΕΡΞΗΣ.

Καὶ ψάλλ' ἔθειραν, καὶ κατοίκτισαι στρατόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄπριγδ' ἄπριγδα μάλα γοεδνά.

ΞΕΡΞΗΣ.

Διαίνου δ' ὄσσε.

ΧΟΡΟΣ.

Τέγγομαί τοι.

ΞΕΡΞΗΣ.

Βόα νυν ἀντίδουπά μοι. ἐπῳδός.

ΧΟΡΟΣ.

Οἶ οἶ οἶ οἶ.

ΞΕΡΞΗΣ.

Αἰακτὸς ἐς δόμους κίε.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ ἰώ, Περσὶς αἶα δύσβατος.

φεῦ ἄνια C.
φεῦ ἄνια, ἄνια G. H. Guelf.
φεῦ φεῦ ἄνια ἄνια Cant. 1.
ἄνι', ἄνι', ἄνια Burn. Blomf.
ἄνι' ἄνι' ἄνι' ἄνια Lachm.

993. κατοίκτισαι A. B. H. Med. Ald. Brunck. Schuetz. Pors. Blomf. Both. Pass. Lachm.
κατοίκτιζε v. l. B. Rob. Turn. Vict. Stanl. Sic fortasse MSS. aliquot.

994. γοέδνα vide 988.

995. δίαιν' ὄσσε Rob.
διαίνου cum v. l. δίαινε Lips. 2.
δ' ὄσα Lips. 2.
Hic desinit Cant. 1.

996. σοὶ pro τοι Guelf.

997. νῦν Ald. Rob. Vict. Stanl. Pass.
νὺν Turn.
ἀντίδουπαι Ald.

998. οἶ ter Guelf. Ald.; quater MSS. plurimi, Rob. Turn. Vict. Stanl. Brunckius, Schuetz. Both. Blomf. Pass.
ὀτοτοτοῖ Pors.
αἶ quater malit Blomf.
ὀτοτοτοτοτοτοῖ Lachm.

999. αἴακτος Ald.
δ' ἐς Guelf.
εἰς Blomf. Lachm.

1000. ἰὼ semel C. L. Both. Blomf. Lachm., bis ceteri.
δύσβακτος A. B. H.
δύσβατος v. l. B. Guelf. et alii multi MSS. Schol. A. Ald. Rob. Turn. Vict. Stanl. Pass.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἰωὰ δὴ κατ' ἄστυ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰωὰ δῆτα, ναὶ ναί.

ΞΕΡΞΗΣ.

Γοᾶσθ' ἁβροβάται.

ΧΟΡΟΣ.

Ἰὼ ἰώ, Περσὶς αἶα δύσβατος.

ΞΕΡΞΗΣ.

Ἢ ἢ ἢ ἤ, τρισκάλμοισιν,
ἢ ἢ ἢ ἤ, βάρισιν ὀλόμενοι.

δυσβάϋκτος Brunck. Schuetz. Pors. Blomf. Lachm. Sic v. l. B (2787) ap. Faehs. cui nescimus, annon fides habenda sit.

1001. ἰωὰ δὴ A. B. C. Mosqu. Brunck. Schuetz.
ἰὼ ἂ δὴ Med.
ἰὼ δὴ lectio vulgata.
ἰωᾷ κατ' ἄστυ δῆτα Both.

1002. ἰωὰ et ἰὼ ἂ et ἰὼ vide 1001. At ἰὼ ἰὼ Rob.
Post δῆτα interrogationis signum abest in edd. veteribus, Stanl. Pors. Blomf. Pass. Lachm.
ἰωὰ δῆτα sustulit Both.
ναὶ ναὶ Xerxi dedit Lips. 2.

1003. ἰὼ γοᾶσθ' Rob.
ἀβροβάται Ald.
γοᾶσθε προβάται Pauw.

1004. ἰὼ semel C. Guelferb. Blomf. Lachm, p. 105., bis ceteri Botheo excepto.
δύσβακτος A. v. l. B. H.
δύσβάϊκτος B.
δύσβατος Guelf. cum MSS. plurimis, Schol. A. Ald. Rob. Turn. Vict. Stanl. Pass.
δυσβάϋκτος Brunck. Schuetz. Pors. Blomf. Lachm.
Hunc versum spurium esse judicat Blomf., et eum expunxit Both. in cuius locum ex sequentibus ἢ ἢ substituit.

1005. ἢ ter Guelf. Ald.; quater MSS. plurimi, Schol. A. Turneb. Vict. Stanl. Brunck. Schuetz. Pass.; semel Lachm.
ἰή, ἰὴ L. Rob.
ΧΟ. ἰὴ ἰὴ ἰή Ξ. ἰὴ Blomf.
Exclamationes delevit Both.
τρισκάλμοις Both. Blomf. Lachm.

1006. ἢ quater K. Guelf. Schol. A. Turn. Vict. Canter. Brunck. Schuetz. Pors. Pass. Both. (qui interjectiones Choro tribuit); ter Ald. Stanl. cum MSS. plurimis, quantum videtur; semel Lachm. At Blomf. interjectiones omnes oblitteravit.
ἰὴ bis L. Rob., ter Ven. 2.
ὀλλύμενοι G.
ὀλύμεναι et ὀλύμενοι Mosqu.
ὀλλόμενοι Ald.

ΧΟΡΟΣ.

Πέμψω τοί σε δυσθρόοις γόοις.

ὀλομέναις Both. Butl. cui tamen non minus *ὀλομέναν* placet.
ὀλλομέναισι Rob.
1007. *τοίσε* vel *τοί σε* A. F. L. Med. Ven. 1. 2. Guelf. Ox. Blomf. Pass. Lachm.
τοῖσε Ald.
τοιῶδέ σε C. G. Lips. 2.
σε, omisso *τοὶ* MSS. pauci, Turn. Vict. Stanl. Schuetz. Brunck. Pors. Both. Sic Schol. A. et Schol. C.
τοί σε abest Rob.
δυσθρόοισιν Blomf. Pass. Lachm.
γόοις bis G.

IN

AESCHYLI PERSAS

COMMENTARIUS.

Cum systemata ἐξ ὁμοίων in tragoedia non solita sint ab universo choro cantari, sed a chorago tantummodo, qua de re monuit Herm. in El. doctr. metr. p. 492 et 729, initium parodi inde ab primo ad versum usque 65 chorago tribuimus. Qui igitur de Xerxis expeditione expositurus, ut aptum habeat principium, sic alloquitur collegas: τάδε μὲν Περσῶν κ. τ. λ. Itaque versuum priorum sensum breviter adumbremus hoc modo: „Nos Persiae praefectos, quoniam imperium Persicum maximo in periculo versatur, animo perturbatos et anxios esse decet." Diximus autem haec, ut Aeschylum a Siebelis et Schuetzii reprehensione vindicaremus, quibus huius tragoediae ingressio propterea displicet, quod senes Persae statim, quo munere fungantur, exponant. Etenim id nulla alia causa facere eos, quam ne spectatores, qui illi sint, ignorent. At duplex sane error Siebelis et Schuetzii vituperationi est obnoxius. Alter eo constat, quod non senes sed coryphaeus exponit, alter quod aliquid dicere, quod suis ipsius ex rationibus dicere non debeat, iniuria senex insimulatur. Haud abnuendum quidem est, legem esse in tragoedia, ex qua statim in exordio auditores doceri debeant, quaenam sint personae, quae confabulantur, et quisnam sit locus, in quo causa agitur. Verum id tam apte et artificiose fiat necesse est, ut nihil proferant personae, nisi quod ex loco suo, in quo sunt, proferre debeant. Nam altera exstat lex, quae vetat, ne quid dicatur, quod otiosum, superfluum, nonnisi auditorum gratia pronuntietur. Utramque vero legem admirabili arte conjunxit et observavit poeta noster.

v. 1. τάδε h. l. δεικτικῶς et pro ἡμεῖς positum esse ex Scholiaste A. adnotarunt viri docti. Eundem pronominis usum viderunt Stanlejus et Schuetzius in Sept. adv. Theb. 952 (975 error est calami apud Schuetzium),

ubi haec: ἀχέων τοίων τάδ' ἐγγύθεν. At fefellit eos τάδ', nominativus, ad genitivum partitivum ἀχέων τοίων qui pertinet, quique cum ἐγγύθεν conjunctus pro adjectivo habendus est. Quam ob rem nullum alium sensum earum vocum invenimus, nisi hunc: „calamitatum talium hae propinquae sunt" sc. nobis, id quod ad ἐγγύθεν animo supplendum est. Botheus depravavit locum in ἀχέων τοιαῦτα γ' ἐγγύθεν, in adnotationibus nihil addens nisi corruptam esse vulgatam lectionem. — Caeterum monendum est, ne quis in eundem implicetur errorem, in quem incidit Siebelis (p. 37.), qui ob neutrum τάδε aliaque etiam leviora argumenta Persarum principes fecit eunuchos. In Soph. Oed. R. v. 1329 leguntur: Ἀπόλλων τάδ' ἦν, Ἀπόλλων ὦ φίλοι, et in Lucret. De rer. nat. I. v. 87: „Ductores Danaûm delectei, prima virorum." Hem! Numquid Danaorum ductores, numquid ipse Apollo fuit eunuchus? Sed Graecos τάδε eadem ratione qua nostrates „das" de quovis genere et de utroque numero usurpare oblitus erat Siebelis. Cf. praeterea Wakefieldium ad Lucret. l. c. qui plura eiusmodi collegit, et Blomfield. in Gloss. ad h. l.

v. 2. Blomfieldius: „Satrapae et amici regis Persarum solenni appellatione πιστοὶ audiebant; quod recte observatum est in Bibl. Crit. IV. 98. ad locum Xenophontis Anab. I. v. 15. σὺν τοῖς παροῦσι τῶν πιστῶν, ubi vid. Zeunium." Huc pertinent ex fabula nostra: v. 143 γηραλέα πιστώματα. v. 636. ὦ πιστὰ πιστῶν. v. 914: τὸν σὸν πιστὸν πάντ' ὀφθαλμόν.

v. 4. ἕδρανα alii ceperunt de urbe Susis, alii de domiciliis s. domibus Persarum, vel adeo ipsa Xerxis regia. Neutrum satis recte. Melius Stanlejus in Cur. sec. de ipso solio regio interpretatur, advocato in auxilium Ajacis Sophoclei loco v. 194. Sed ne haec quidem interpretatio sufficit. Senes, quibus constat chorus, consiliarii sunt. Capiamus igitur ἕδρανα de subselliis, in quibus consultantes sedent, quorum φύλακες apte vocantur ii, qui frequenter in iis assident. Sic hac quoque in re Aeschylus vestigia legit Phrynichi, in cuius fabulae initio producebatur servus στρωννὺς θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις (cf. hypothesin Persarum in init.). Et procul dubio illa subsellia conspiciebantur in scena. — Schol. B. πρεσβείαν] ἐντιμότητα. Schuetzius: „pro-

pter dignitatem. Hesychius: πρεσβείη, τιμὴ μείζων. Rursum πρέσβεις, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτιμούμενοι. Noster infra v. 622 (587) βασίλεια γύναι πρέσβος Πέρσαις." Lex. Rhetor. MS. apud Ruhnken. Auctar. in Hesych. II. p. 1017. πρέσβεις· γέροντες, βασιλεῖς, ἄρχοντες, προτετιμημένοι· καὶ Ἀθήνησιν οἱ δημογέροντες νῦν δὲ καὶ οἱ πρεσβευταί. Manifestum est h. l. „propter dignitatem" aptius esse quam „propter senectutem." Il. XIV, 194 et alias πρέσβα θέα est „dea honorata" non „dea vetusta."

v. 5. Verba Ξέρξης βασιλεὺς frigere, et interpretamenti vocum ἄναξ Δαρειογενής, quod ex v. 117 sumtum sit, simillima esse, opinatur Botheus. Quo factum est, ut, quae insiticia esse existimavit, exstingueret. Attamen cum poeta, ubi locus est datus, enuntiationis gradationes appetat, qua in re cum aliorum poetarum tum Homeri inprimis mores est secutus, quin h. l. Aeschyli manum prodant codices, non dubitamus. Namque senes vocibus ἄναξ Ξέρξης βασιλεὺς Δαρειογενής Persarum regis dignitatem potestatemque exprimere volunt. Porro quem locum ad contrarium efficiendum affert Botheus, eo nostrae scripturae auxilium praeberi agnosces, quoniam illic eadem causa, ut iisdem pene verbis uteretur, commotus est poeta. Quid? ἄναξ βασιλεὺς nihil aliud significat nisi ἄναξ βασιλεύων: „der koenigliche Herr." Notum est, Graecos saepissime duo substantiva ita copulare, ut alterum adjectivi vice fungatur. Afferamus exempla nonnulla nostro loco simillima. Odyss. XX, 194. βασιλῆϊ ἄνακτι. Aesch. Eum. v. 16. πρυμνητῆς ἄναξ. Aristoph. Pac. v. 390. ἄναξ δέσποτα. Eurip. Orest. 338. ubi recte Porsonus:

καὶ μὴν βασιλεὺς ὅδε δὴ στείχει
Μενέλαος ἄναξ.

Licet βασιλεὺς ἄναξ et ἄναξ βασιλεὺς non prorsus idem significent. Illud enim est βασιλεὺς ἀνάσσων, ut apud Eurip. l. c. „der regierende Koenig."

v. 10. Non satis accurate vertit Schuetzius: „Verum de reditu regis exercitusque auro abundantis nunc jam mala praesagiens in pectore animus vehementer perturbatur." Est potius: „animus ex intimo pectore (von innen heraus) timore metuque impletus est." Ὀρσοπολεῖται pro quo alii ὀρσολοπεῖται (utrumque autem idem est, et ὀρσολοπέομαι per metathesin natum ex ὀρ-

σοπολέομαι, quod derivandum ab ὀρθὸς vel 'ΟΡΩ et πέλομαι) significat „arrectus est, inter spem metumque suspensus, ὀρθός ἐστιν," qua formula usus est Lycurgus adv. Leocr. cap. XI. p. 165. Reisk.: ὀρθὴ δ' ἦν ἡ πόλις ἐν τοῖς συμβεβηκόσιν. Cf. Isocr. de Big. p. 605. Lang. Diodor. Sic. XVI. 84. Relegavimus autem vulgatam, cui optimi et plurimi testes antiqui repugnant. Accedit quod Hesychii auctoritas non tantum valet, cui librorum optimorum testimonium posthabeamus. Aut corrupto usus est exemplari, aut ipse falsus est, aut alium forsitan innuit Aeschyli locum lexicographus. Quod de Hesychio, idem de Photio et Etymol. M. auctore, cum illo consentientibus, dictum existima. Ἔσωθεν autem adjecit Aeschylus propterea, ut appareat, non aliunde venisse illam mali praesagitionem, sed quasi sponte sua in animo natam esse, qua de re infra adhibet vocabulum θυμόμαντις.

v. 13. οἴχωκε deleto ν paragogico cum libris nonnullis scribere placuit, quo ducit etiam Aldi scriptura ὤχωκε. Alias enim metrum pessumdatur, quia synizesis τοῦ νέον h. l. vix usurpari potest.

νέον δ' ἄνδρα βαΰζει. Viri docti, cum has voces subjecto carere putarent, alii aliter loco mederi studuerunt. Quorum plurimi Stanlejo et Heathio, qui ex Ἀσιατογενὴς quasi ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti volunt Ἀσία, assensi sunt. At illa repetitio, etsi non omnino rejicienda est, h. l. non apta esse videtur. Quodsi post οἴχωκε sequeretur pronomen, quo Ἀσία ex adjectivo praecedente extunderetur, nihil haberemus quod monendum esset. Ea est conditio huius loci (Cic. Brut. c. 29, 6.): „Hoc dicendi genus ad patrocinia mediocriter aptum videbatur; ad senatoriam vero sententiam, cuius erat ille (Scaurus) princeps, vel maxime." Quae autem nostri loci conformatio est, repetitio illa nuda et inficeta male nos habet. Atque in alium errorem implicitus est Valckenaerius, qui (ad Eurip. Phoen. v. 1489) ex metricis potissimum rationibus nonnulla hic intercidisse conjecit, ab Heathio et Brunckio merito refutatus. Quo magis miramur, quod et ipse Schuetzius, quamquam alio argumento adductus, a Valckenaerii sententia stat. Nam novo Schuetzii argumento Valckenaerii conjecturam nihil proficere, facile est demonstratu.

Falsum enim est, quod contendit Schuetzius, chorum bis in hac scena ad eandem sententiam redire. Peccasset contra artis tragicae leges, si quid bis protulisset poeta. Neque minus Botheus, νέον in νέα mutato, locum corrupit. Quod ut dicamus, duabus potissimum causis ducimur. Prima est, quod νέα puellae non nuptae tenet significationem, secunda, quod si ἄνδρα mariti haberet potestatem, articulus desideraretur. Quare Pauwio et Siebeli (p. 104. 105.) βαΰζει ad θυμὸς (v. 11.) referentibus facere non possumus, quin assentiamur. Puncto ergo post ἔσωθεν et colo post οἴχωκε deletis, commatisque substitutis, contemplatio coryphaei sententia intermedia πᾶσα-οἴχωκε, qua scilicet antecedentium argumentum continetur, ita interrumpitur, ut ad eam revertatur choragus his verbis: „νέον κ. τ. λ. Inde elucet, quod ἄνδρα collectivi vices habet, non opus esse articulo. Quid multa? Pauwii et Siebelis explanatio Schol. B. ἤτοι πᾶσαν τὴν νεότητα ἀνακαλεῖται ὁ θυμός, egregie confirmatur. Nobiscum facit Blomfieldius.

v. 14. Ad verba κοὔτε τις ἄγγελος, οὔτε τις ἱππεὺς adnotat Botheus: „ex interpretatione, nam intelliguntur ἄγγαροι." Qua ex causa κοὔτε τις ἄγγελος expunxit. Quod vero nimis audacter et imprudenter fecit. Nam ἱππεὺς est veredarius, ἄγγελος autem de fama et rumore accipiatur.

v. 16. Ubique, quantum videmus, Ἐκβατάνων exhibetur. Quum vero v. 895 in Ald. Ἀκβάτανα, in cod. L. et in editt. Turn. Vict. Cant.; τἀκβάτανα, in Med. τἀγβάτανα exstet, atque Wesselingius (p. 50.) in Herodoti melioribus codicibus hanc se invenisse scripturam testetur, Brunckii et Schuetzii sententiae accedimus, rariorem nominis formam in textum esse recipiendam.

v. 17. Cissia urbs, sita in agro Susiano, diversa erat ab urbe Susis. Cf. v. 96 et vide Stanleium et Blomfieldium ad h. l. de Cissia exponentes.

v. 18. ἔβαν ultimam habet brevem; quae cum cadat in anapaesti arsin, signum est, versum eo verbo finiri. Itaque versus, qui sequuntur, aliter distinguere coacti eramus. Nam caesura producere nequit ultimam in ἔβαν. Cf. Seidlerum, qui De vers. dochm. p. 80. seqq. exempla collegit, neque tamen animadvertit, in fine versuum tantummodo tolerandam esse pro longa syllabam

brevem. Quibus finibus includenda sit ea licentia, praeclare ostenderunt Lachm. De chor. syst. p. 26 seqq. Herm. Elem. doctr. metr. p. 371 seqq. et Epit. doctr. metr. p. 140 seqq.

v. 19. Locum sic intellige ac si Aeschylus scripsisset: *οἱ μὲν ἐφ' ἵππων, οἱ δ' ἐπὶ ναῶν, οἱ δὲ πεζοί.* Ut enim, ubi duo sunt membra, alterum *τὲ* habet post *μὲν* (cf. Herm. ad Vig. p. 836), ita quoque tertium sic adjungitur. Si vero quis *νηῶν* ex G. Med. Mosq. et Viteb. desumtam lectionem praeferat vulgatae, non adversamur.

v. 25. Iniuria adhuc in nostris editionibus nominativus Atticus -*ῆς* pro -*ῆς* scribitur. Correximus *βασιλῆς*. Cf. v. 45.

v. 29. Porsonus in Glasgu. ed. *ἐν τλήμονι* reduxit ex Cant. 2. corr. Ven. 2. Ald. Turn. Vict. Stanl. Falsum est, quod Schuetzius refert in Ald. legi *ἐντλήμονι* conjunctim, quod, obelisco notatum recepit Porson. in ed. Oxon. At verum praebere videntur Brunckii codices cum Cant. 1. et 2., hoc a manu pr., et Schol. B, *εὐτλήμονι*, ad quam lectionem ducit etiam Robort. *ἀτλήμονι*. Nempe *ᾰ* et *ευ* saepissime ita scribuntur a librariis, ut, utrum scribere voluerint, discerni fere nequeat. Quod qui codd. mss. tractarunt, sciunt, reliqui discere poterunt ex Porsoni notis ad Eurip. Orest. v. 404. Phoen. 216. Schneideri ad Aristot. Politica II, 8, 6. Tom. II. p. 152. 153. Osanni ad Lycurg. p. 67.

v. 32. Sustulimus comma in fine.

v. 33. Tertium paroemiaci pedem interdum spondeum esse, effecit Herm. De metris p. 292. Elem. doctr. metr. p. 378. Epit. doctr. metr. p. 143. Quam ob rem Butleri et Blomfieldii correctione ex librorum antiquorum testimoniis et vestigiis conformata supersedemus: *ϑ' ἵππων ἐλάτηρ, καὶ Σωσϑάνης.* Multo magis etiam Bothei emendatione: *Φαρανδάκης Δέ τε, Σωσϑάνης ϑ', ἵππων ἐλατήρ,* quae ab omnibus codicibus longe recedit. Sensus et totius loci indoles paroemiacum requirit.

v. 36. Pro *Πηγασταγὼν* Robortellus *πηγάς τ' ἀγών*, scholia *πηγὰς ταγών*, Cant. 1. *πηγᾶς ταγὼν* produnt, inde apparet, jam antiquos criticos Pegastagonis nomen in dubitationem vocasse. Neque consentimus cum iis, qui nomen proprium esse volunt. Quod si esset, sal-

tem τ' ante *Αἰγυπτογενὴς* inseri deberet. Etiam comparatio sequentium ducum Aegyptiorum docet, accuratiorem distinctionem, cuius Aegypti partis rex sit Susiscanes, desiderari. Quae cum ita sint, cum Stanlejo scholiorum lectionem amplecteremur, si ταγῶν accusativum πηγὰς pateretur. Quocirca genitivus πηγᾶς arrideret, nisi, illam regionem πηγὴ in singulari vocatam esse, merito dubitari posset. Accedit quod dorica forma anapaestis tragoediae non ita convenit. Neque Siebelis (p. 119.) conjectura πέλτης ταγῶν digna est quae recipiatur. Etenim si de correctione cogitandum esset πηγῶν ταγῶν propius a vulgata abesset. Quid multa? *Πηγασταγὼν* est nomen appellativum ab Aeschylo novo ausu compositum ex πηγαὶ et ταγεῖν. Significatur hoc verbo is, qui principatum tenet illius Aegypti seu Aethiopiae regionis, in qua sunt fontes Nili. — Pro *Αἰγυπτιογενὴς*, quae male ficta est forma, libri optimi *Αἰγυπτογενὴς* offerunt, quod reduximus. Cf. Herm. De emend. rat. p. 34. Butler. ad h. l. et Passov. Mel. cr. in Pers. p. 42. ubi Brunckii, Schuetzii et Wellaueri (Comment. Aeschyl. p. 26.) errores deteguntur. Eadem forma occurrit in Suppl. v. 31. 1059. — Botheus versum mutavit: τ' ἤγαρε τὸν ἀγῶν' *Αἰγυπτογενής*· id quod attulisse sufficit.

v. 40. Vox ἑλειοβάτης nonnisi apud Aeschylum occurrit. Paludicolae fortissimi erant Aegyptiorum. Thucyd. I. 110. Cf. praeterea Schol. A. Abresch. Blomf. ad h. l. et Popponem ad Thucyd. P. II. p. 494.

v. 43. 44. Schuetzius annotat: „Etsi haec explicari possunt, si κατέχειν ἔθνος insolentius dictum sit pro gente aliqua contineri (ita nemo loqui potest), mihi tamen verisimilius est, articulum τοὺς ante *Μιτραγαθὴς* ab aliena manu insertum, Aeschylum autem ita scripsisse:

οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
κατέχουσιν ἔθνος Μιτραγαθὴς
Ἀρκεύς τ' ἀγαθὸς βασιλῆς δίοποι."

At veremur, ne refutanda sit ea emendatio. Nam omnia bene habent. Primo pro οἵ τ' vulgata est revocanda οἵτ' (v. Ald. Schol. A. et Stanl.), cum in sequentibus res minime nova, sed explicatio tantum antecedentium adjiciatur. Deinde ἠπειρογενὲς ἔθνος nominativus appositionis, quae ad οἵτ' spectat, munere fungitur, atque ἐπίπαν adverbium, quod παντελῶς interpretatur Schol. B.,

conjungendum est cum verbo neutro κατέχουσιν. Sensus ergo est: „quique, populus in continente natus, omnino obtinent (i. e. primas tenent, sc. in Asiae paeninsula), eos ducunt etc.“ Nam τοὺς pro τούτους positum est. Quod vero Pauwius commentus est: οἵ τ' ἐπίπαν ἠπειρότενες κατέχουσιν ἕδος merito castigarunt Heathius et Schuetzius. Neque minus Stanleji conjectura, quam Botheus amplexus est: τοῖς pro τούς, releganda est. — In βασιλῆς iota subscriptum exstinximus.

v. 44. Non opus est, nos mutare locoque suo depellere vulgatam Μητραγαθής. Omnes editiones vett. cum scholiaste A. et cod. B. eam tuentur. Atque suspicamur etiam plurium codicum scripturam esse Μητραγαθῆς, quod ex Butleri annotatione colligimus. Variae huius vocis scripturae aut errores calami sunt, aut ex Reuchlinii pronunciatione originem duxerunt. Quod Blomfieldius scripsit sola conjectura nititur.

v. 45. Arceus est Lydus, Arcteus qui v. 279. 280 occurrit Nili accola. Utrumque confundit Blomfieldius. Cf. notam nostram ad v. 280.

v. 47. Quomodo per Brunckii transpositionem, id quod praedicat Schuetzius, elegantior fiat et concinnior structura verborum, non assequimur. Nobis certe non infringenda videtur omnium librorum auctoritas, ex qua πολλοῖς ἅρμασιν reducendum existimavimus.

v. 48. Schol. A.: εἰπὼν πολλοῖς ἅρμασι τοὺς Λυδοὺς ἐποχεῖσθαι, παρακατιὼν τὴν ἁρματηλασίαν, καὶ ἐκ πόσων ἵππων αὐτὴ συνίστατο, ἐδήλωσεν, εἰρηκώς, τέλη, ἅρματα δηλαδή, ἐξορμῶσι τῶν Σάρδεων τέθριππα καὶ ἑξάϊππα. Ἢ τέλη τὰ τάγματα. Ἐκ τούτου δὲ τῶν ἵππων τὸ πλῆθος δηλοῖ. Xen. Cyrop. VI. 1. 51. ἅρμα τετράρυμον, ibid. 52. ὀκτάρυμον occurrit.

v. 50. Pro στεῦνται Blomfield. mavult σοῦνται, qua conjectura melius abstinuisset vir bonus. Στεῦμαι ap. Hom. Il. III. 83.

v. 52. Egregie Schol. A. ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων (ita pro ἀκμών, quod legitur in Schuetz. ed. Schol.) ὑπὸ σφυρῶν· et Schol. B. καρτερικοί, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ἄκμονος voces λόγχης ἄκμονες explanarunt. Quanti Bothei scriptura λ. ἄγμονες aestimanda sit, quisque videt.

v. 55. Quia vocula *σύρδην*, quod censet Schol. B. quoque ducit eius ex *σύρω* derivatio, *ὁμοῦ* significat, Schuetzii correctionibus *σύδην* vel *φύρδην*, quamvis *φύρδην* praedicent Siebelis p. 114. 115. et Blomfieldius, locus est denegandus. *Πέμπει σύρδην* est: „mittit magnis agminibus, confertos," quod „tractim" non male expressit Stanlejus.

v. 56. *τοξουλκὸν λῆμα* est animus artis sagittariae peritus. v. 211. *τοξουλκὸς αἰχμὴ* notat sagittam, quae arcum tendit. Caeterum h. l. Homeri vestigia legit poeta noster. Conf. Blomf. in Gloss. ad v. 55.

v. 59. *ὑπὸ πομπαῖς* in editionibus nostri aevi ex Abreschii conjectura legitur. At quin eas duas voces in unam contraheremus, facere non potuimus. Quod gravissimis auctoribus fecimus non conjectura ducti. Nam omnes, quantum scimus, et codices et editiones veteres et Scholiastae, in *ὑποπομπαῖς* ita conspirant, ut haec rara consensio recentiores criticos, quominus mutationem molirentur, deterrere debuerit. Cuius compositi potestatem ambo Scholiastae, alter voce addita *προπομπαῖς* alter *προτροπαῖς* indicant. Eodem spectat codd. Ven. 1. Ox. et Aldinae glossema *προτροπαῖς*. Comitatum ergo valet *ὑποπομπή*, talem vero, qui est, cum ab imperatore exercitus ducitur. Comitatum dicimus, qui non ad dignitate pares sed ad impares spectat, quod ex *ὑπὸ* colligi debet. Inde fit, ut *ὑποπομπὴ* h. l. idem esse atque imperium contendamus. Aut egregie fallimur, aut idem senserunt Scholiastae, quibus si absurda visa esset ea compositio, non verendum, ne non Abreschii sagacitatem assequi potuissent. Insuper accedit, quod rarissima sunt exempla paroemiacorum in vocem bisyllabam exeuntium.

v. 60. *αἴας* legit Stanlejus neque aliam ullam adlegat varietatem antiquam Butlerus. Ex quo eum lectionem editionum vett. omnium in codd. quos contulit omnibus reperisse elucet. Quare *αἴας* quin reduceremus, facere non potuimus.

v. 61. Ob arctiorem sequentium versuum cum antecedentibus conjunctionem punctum in colon mutavimus. Comma posuit Stanlejus, colon Blomfieldius.

v. 63. *στένεται*. Media forma offensus Blomfieldius,

ut decebat hominem Anglum, reponere voluit *στενάχει*, recto jam refutatus ab erudito censore in Ephem. Jen. 1816. mens. Jan. N. 105. p. 365. qui ex Hesychio attulit *στείνομαι, ὀδυνῶμαι, στένω*. Cf. Sept. adv. Theb. 870.

Stropha et antistropha prima.

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́

Sic hanc stropham distribuimus, ut ne opus sit frangere voces in fine versuum, et quam fieri possit, similes fiant versus. Cum voce *βασίλειος* finiri versum nolimus, quoniam *βασίλειος στρατός*, et in antistropha *ἐπὶ πᾶσαν χθόνα* tam arcte cohaerent, ut aegre tantum divelli queant. Cf. autem Herm. De metris p. 325. Elem. doctr. metr. p. 497. et Epit. doctr. metr. p. 177. Cur a V. S. opinione aliquantulum in versuum structura recedere ausi simus, ex iis quae modo diximus, patet.

v. 69. Post *Ἕλλας* interpungere, post *ὅδισμα* delere interpunctionem par est. Cf. Stanlejum. Quae in contrarium disseruit Schuetzius, regulis grammatices Graecae redarguuntur: „Si vero *ὅδισμα* teneas, melius est, coli signo a sequentibus disjungere, ut *πολύγομφον ὅδισμα* sit explicatio quaedam verborum *λινοδέσμῳ σχεδίᾳ*, et ita connectatur cum antecedentibus, ut vel simul cum acc. *πορθμὸν* a participio *ἀμείψας* regatur, vel absolute positum sit.“ Imo *πολύγομφον ὅδισμα* cum *ἀμφιβαλὼν* connectendum est. *ζυγὸν* autem pro *ὡς ζυγόν*, appositio est vocis *ὅδισμα*. Notandus sane h. l. singularis appositionis usus, de quo copiose tractavit Dobraeus ad Aristoph. Plut. 314. p. 93. ed. Lips. Vide praeterea Herm. de Ellipsi p. 191. ad Vig. p. 885. Koen. ad Greg. Cor. p. 331. Lips. Reisig. Conject. in Aristoph. p. 33. Quem usum cum non perciperet homo ad Aeschylum emendandum justo propensior, Blomfieldius, legendum censuit *ὁδισμοῦ*.

v. 70. Pro *ὅδισμα* in Robort. legitur *ἔρεισμα*, quod etiam a Scholiaste A. memoratur. Ea diversitas satis antiqua esse videtur, et fortasse tribuenda est actoribus, quos in tragicorum poematis multa immutasse ne-

mo nescit. Cf. Boeckh. Gr. trag. princ. p. 12 — 17. Utra vero lectio Aeschyli manum repraesentet, difficile est dictu. Nos quidem codicum testimonium sequuti sumus.

v. 73. Schuetzii conjectura πεζονόμους quam recepit Botheus, non adoptanda est. Sensus: „terrestribus in marique fortiter pugnantibus confisus asperis ducibus.“ Quoniam autem vulgata optimum praebet sensum, de correctione non licet cogitare. Etiam in scholiis nullum accusativi vestigium reperies. Praeterea πεζόνομος non est i. q. „pedestres pascens“, quod voluit Schuetzius, sed significat eum, qui in continente pascitur: πεζός. Comma cum Botheo exstinximus.

v. 75. Ex libris plurimis χρυσονόμου restituimus. Atqui non solum monumentorum auctoritate sed etiam sensus opportunitate splendet lectio nostra. χρυσόνομος idem valet ac χρύσεος „aureus, excelsus, praeclarus.“ Porro, quae a nobis nunc reducta est scriptura, antiquitus si minus unicam certe vulgatam fuisse, testatur Schol. A.: τὸ δὲ χρυσονόμου ἀντὶ τοῦ πλουσίας εἶπε. Τινὲς δὲ χρυσογόνου λέγουσι κ. τ. λ. Quid? Ex Schol. B. χρυσονόμου] πλουσιωτάτης, τοιοῦτοι γὰρ οἱ Πέρσαι, plane ignotam ei fuisse alteram lectionem apparet. Tantum autem abest, ut stabiliatur et approbetur χρυσογόνου eo, quod ad illam Danaes fabulam alludit (quamquam ea est sententia Schol. A.), ut potius nimis ingeniosi critici acumen ea lectio indicet.

Stropha et antistropha secunda.

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́⏑–́ ⏑–́–́


Dimeter ionicorum purorum cum dimetro ἀνακλωμένῳ vel Anacreonteo conjunctus est versus ultimus. Hoc canticum antistrophicum esse non animadverterunt Schuetzius et editores veteres. Primus Hermannus (De metr. p. 350. Elem. doctr. metr. p. 492. Epit. d. m. p. 232) genuinam eius formam indicavit, quem deinde secuti sunt Botheus, Butlerus, Blomfieldius et Wellauerus. Displicet autem quod Butlerus, Blomfieldius et Wellauerus (p. 65. 66.) tetrametros in dimetros dissecuere.

v. 76. κυάνεον in κύανον corrigendum esse primus sensit Hermann. in Elem. doctr. metr. p. 53. Restauratam lectionem iure adoptarunt Bothaus et Wellauerus. De vocis quantitate cf. Passovii Lex. gr. h. v. Blomfieldius κυανοῦν scripsit Phrynichum allegans. Neque vero vidit ex Phrynichi loco κυανοῦν atticam quidem esse formam evinci, h. l. autem eam cooptandam esse non evinci. Ne eam approbemus syllabae primae mensura vetat.

v. 78. Ἄρη ex libris nonnullis recepimus. Litteram maiusculam etiam scholia produnt.

v. 79. Pro οὔ τις restituimus omnium monumentorum lectio οὔτις. Quae in nostris exemplaribus invenitur, Brunckii, quod suspicamur, ingenio debetur.

Mesodus.



Horum versuum quartus est iambicus, positis in prima dipodia anaepaestis pro iambis, quales versus saepenumero solent ionicis a minori addi, vide infra v. 89. 92. et consule Hermanni Elem. doctr. metr. lib. II. cap. 39. sect. 23. p. 498. In secundo versu εὐπετοῦς cum Porsono et Blomf. legendum erit ei, qui nolit mecum recipere Mosq. et L. codd. lectionem, vulgatae εὐπετέος multis nominibus praeferendam εὐπετέως. Ne quem offendat in tertio versu contractio duarum brevium syllabarum in thesi ionici, juvat afferre Euripid. Bacch. v. 81. ed. Musgr.

κισσῷ τε στεφανωθείς.

cui respondet antistrophicus v. 97.

χρυσέαισιν συνερείδει.

Vide de hoc molosso praeterea Herm. Elem. doctr. metr. lib. II. c. 38. sect. 2. p. 465. Audio aliquos clamare, quod sibi indulserit Euripides, non decere Aeschylum, et multum differre antiquiorem tragoediam a recentiore. At nolim aliquos nota hac Hermanni observatione, quam tamen ipse auctor justo latioribus fi-

nibus circumscripsisse videtur, ita abuti, ut quamvis fere licentiam ab Aeschylo removeant. Omnia igitur sana in hoc loco, quem varie tentarunt viri docti, e quibus laudasse sufficiet Seidlerum De vers. dochm. p. 407. Lachmannum De choricis systematis trag. gr. lib. II. c. 12. p. 68 sq. Wellauerum Commentat. Aeschyl. p. 66. Corruptum locum sibi videri, nuper quoque Hermannus professus est in Elem. doctr. metr. p. 498. Butleri metrorum peritiam miror, quippe qui in nott. crit. p. 28. 29. sic scribit:

5. φιλόφρων γὰρ σαίνου-
6. σα τὸ πρῶτον παράγει
7. βρότον εἰς ἀρκύστατα.

„5. Ionic. a min. dim. brachyc. — 7. Ion. a min. dim. brachyc. forte (!) potius quam cat., duabus ultimis syllabis in ἀρκύστατα pro una longa positis.“ Pinzgerus.

Sunt haec, ut apparet, et subtiliter disputata et probabiliter. Verumtamen me non consentire posse ingenue fateor. Quod quartum attinet versum, pausa post εἰς constituta, ex qua longa prima syllaba in iambica dipodia excusetur, ob arctissimam vocum εἰς ἀρκύστατα connexionem stare non potest. Imo in medio versu anacreonteo cuiusque generis (tertii autem generis esset: παράγει βροτὸν εἰς ἀρκύστατα) incidi nequit, neque pausa aut syllaba anceps admittitur. Deinde Molossus pro Ionico a minore in Aeschyli tragoediis male me habet. Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 498. Epit. doctr. metr. p. 177. Nunc vero, quae mihi de hac mesodo placent, exponam. Quae in Schuetzianis v. 83. leguntur, Ionicum a minore dimetrum anacreonteo secundi generis adsociatum efficere, nemo erit qui neget. In iis εὐπετέος praefero et codd. L. Mosq. lectioni et Porsoni conjecturae. Verum sequentia v. 84. 85. cum neque jonicum neque iambicum metrum in iis reperire possim, ita plane ἄμετρα esse videntur, ut tamen disjecti membra poetae agnoscas. Experiar igitur corruptelis liberare textum, quibus dedecoratus esse videtur. Neque puto fore, qui extremis verbis: τόθεν — φυγεῖν tetrametrum Jonicum catalecticum constitui negent. Vides ergo totam mesodi structuram ad metrum Jonicum spectare. Quae cum ita sint, verba φιλόφρων — ἀρκύστατα olim ita accomodata fuisse, ut aut Jonicos a minore puros aut Anacreonteos complecterentur versus,

apparet. Atque si omnia momenta accurate perpendamus, in duabus vocibus *σαίνουσα* et *ἀρκύστατα* residere omnia loci impedimenta, vero haud absimile est. Ut posteriori incipiamus *ἀρκύστατα* in *ἄρκυας ἄτα* felicissimo acumine restauravit Hermannus. Inde Anacreonteus tertii generis enascitur: *παράγει βροτὸν εἰς ἄρκυας ἄτα.* Itaque restant *φιλόφρων γὰρ σαίνουσα τὸ πρῶτον,* in quibus et ipsis Anacreonteum eiusdem generis latere consentaneum est. Cuius sententiae auctorem affero Herm. De metr. p. 350. Adspirant praeterea cum initium *φιλόφρων,* tum finis — *σα τὸ πρῶτον.* Etiam *γὰρ* non molestum est, si verbum sequatur, cuius prima littera est vocalis. At *σαίνουσα,* quamquam sensum non turbat, turbat metrum. Quam ob rem verbum desideratur, in quo tria perspiciantur, et littera prima vocalis, et antispasti mensura, et eadem, certe quae non longe recedit, potestas. Quid multa? *ἀνεῖσα* scribere ausim, quo verbo metrum redintegratur, sensus conservatur. Accedit quod facile est divinare, qua ratione *σαίνουσα* in textum irrepserit. Ex scholiis suspicor, in quibus nunc deest id vocis *ἀνεῖσα* interpretamentum. Nam cum *ἀνίημι* significationibus derivatis abundet, interpretes antiqui *σαίνουσα* adscripto, quae potestas nostrum ad locum pertineret, indicare voluere. Quo pacto mesodum sic correctam et ordinatam velim:

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́⏑ ⏑⏑́ ⏑–́–́ Jonicus dimeter cum Anacreonteo sec. gen.
⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ } Anacreontei tertii gen.
⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ }
⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́ Phrynichi Jonicus.

Δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;
τίς ὁ κραιπνῷ πο[illegible] πηδήματος εὐπετέος ἀνάσσων;
φιλόφρων γὰρ ἀνεῖσα τὸ πρῶτον,
παράγει βροτὸν εἰς ἄρκυας ἄτα,
τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνατὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.

Gaudebo si falsus fuero, i. e. si quis minoribus etiam et facilioribus commutationibus in probabile metrum redegerit scripturam vulgatam. Certum autem est, quid critici hucusque proposuerint invito poeta prolatum esse. Cuius reprehensionis me rationem reddere necesse est. Seidlerus (De vers. dochm. p. 407.) mesodum in stro-

stropham et antistropham distribuit et antistropham hanc collocavit:

φιλόφρων γὰρ παρασαίνει
βροτὸν εἰς ἄρκυας ἄτα·
τόθεν οὐκ ἔστιν ἀλύξαν-
τα φυγεῖν ὕπερθε θνατόν.

„Extremos tres versus partim ex Scholiasta partim ex Robortelli lectionibus egregie sic restituit Hermannus. Primum versum nos communi studio cum Erfurdtio emendavimus.“ At nonnisi ὕπερθε Robortello et H. Steph. notae debetur, ceterae sunt merae conjecturae. Nunc vero scire velim, ecquid is, qui ex sedecim vocibus tres mutaverit, quatuor transposuerit, tres exstinxerit, vere elimatum a se proprioque nitori redditum esse poetam iure existimare possit? Minus etiam collaudandus est Wellauerus, qui de his versibus desperans eos, tanquam aliunde assutos, rejectos mavult. Etenim argumenta ab eo proposita facile redarguuntur. „Nam verba, inquit, ut vulgo leguntur, prorsus ἄμετρα sunt, et non sine magna mutatione in metra redigi possunt.“ Metro duabus vocibus correctis medebar. „Offendunt praeterea non solum verba eadem sed integra enuntiatio e praecedente stropha repetita.“ Sententiae, cum in re gravissima depingenda fusiores esse soleant poetae, nulla extat difficultas; multo minus autem similium et earundem vocum repetitio in Aeschylo offendere debet. „Accedit quod solent eiusmodi strophae epodo finiri, et quod prima verba in cod. Mosq. absunt.“ Utrumque verum, quamquam nihil ad propositum. Nos quidem epodum vel mesodum habemus nulla voce expuncta. Quod autem lacunam cod. Mosq. attinet, negligentiae ea debetur et temeritati, cuius plura in eo codice occurrunt exempla. — Multo etiam ineptior est Bothei ratio, ex qua verba φιλόφρων — πρῶτον dactylic. tetram. et παράγει — ἀρκύστατα anaepaest. dim. logaoedicum efficiunt. Langeus.

v. 83. ἀνάσσων deleto ι optimis libris confisi restituimus. Cf. Brunckium et Butlerum ad h. l.

Stropha et antistropha tertia.

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ Anacreonteus tertii gen.

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́

⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́–́ ⏑⏑–́ ⏑⏑– ⏑–́⏑– Exit systema in iambicos numeros.

Curavimus ne frangerentur voces. Cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 497. 498.

v. 87. Post ἐκράτησεν colon addidimus, post τὸ παλαιὸν comma delevimus. Ἐπέσκηψε dictum est sensu neutrali pro ἐπέσκηπται „impositum est, εἱμαρμένον ἐστί“, quod neminem offendet, qui poetici sermonis sensu et usu imbutus est. Atque ita accepit homo eruditissimus Scholiastes B.: ἐπέσκηψε, ἐπῆλθε καὶ ἐξ ἀρχῆς συμβέβηκε. Unde simul perspicitur, eum eandem, quam nos, praetulisse interpunctionem. Postquam itaque duabus primis strophis et antistrophis descripserat, quanto apparatu in Asiam trajecerit Xerxes, infert chorus in mesodo cogitationem, quam cito res humanae ex felicissimis in pessimas mutari soleant. „Huius rei causa, nunc inquit in tertiae strophae initio, est late patens dominatio fati. (Μοῖρα neque felix neque adversa fortuna est, qua de re inter se frustra disceptant Stanlejus et Schuetzius, sed in universum εἱμαρμένη, quae divinitus late dominatur, κατεκράτησεν in homines.). Quare cum antiquitus terrestribus proeliis decertare impositum decretumque Persis fuerit, nunc vero impliciti sint navalibus certaminibus (antistr. 3.), propterea mihi moestitia laceratur animus.“ Persis incognitum fere maris iter antea, importunaque littora et inimicus sinus habebatur.

v. 90. Reduximus vulgatam θαλάσσης πολιαινομένης quam iniuria loco moverunt Brunckius et Schuetzius. θαλάσσας πολιαινομένας in nonnullis tantummodo libris occurrit. Tale autem quid, quod dialectos attinet, codicum testimonio et consensu optime decernitur et comprobatur. Vulgatam θαλάσσης retinuit quidem Blomfieldius, tamen πολιαινομένας adoptavit.

Stropha et antistropha quarta.

–́⏑–⏑ –́⏑– –́⏑–⏑ –́⏑–

–́⏑–⏑ –́⏑– –́⏑–⏑ –́⏑–
–́⏑–́ –́⏑–⏑ –́⏑–

Priores horum versuum constant binis paribus κώλοις, dimetris troch. cat.; ὀᾶ extra versum positum est. Troch.

est etiam ultimus praecedente cretico. De natura et indole huius strophae cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 729. Caeterum observatu dignum est, stropham et antistropham sententiarum continuitate cohaerere. In stropha post *φόβῳ*, non minus post *ὀᾶ* comma posuimus, post *τοῦδε* comma exstinximus, in fine punctum adjecimus. Sed opus est, quaedam de constructione adspergere, cum varia tentarint Schuetzius, Siebelis (p. 120), alii, quorum omnium explicationes neque numerorum conformationi, neque sensui satis conveniunt. Hoc autem imprimis spectandum est, ubi quaeritur quaenam verba conjungi debeant, quid suadeat versuum ratio. Haec vero dicit Aeschylus: „Propterea (i. e. propter ea, quae in antistr. 3 exposita sunt) mens tristi mihi moerore laceratur. Oa! Ne hoc de Persico exercitu civitas exaudiat viris vacua magna Susorum civitas".

v. 92. *λαοπόροι μηχαναὶ* non dixit Aeschylus de ponte navali, quo Xerxes Hellespontum trajecit, ut visum est Schuetzio, sed intelligendae sunt ipsae naves, quae utique sunt instrumenta, quibus populus vehitur. Nusquam enim in hac stropha de pedestribus copiis, sed de navali tantum exercitu sermo est. Sub *λεπτοδόμοις πείσμασι* intellige funes ad apparatum navalem pertinentes tenuis operis, quibus nemo tuto se committere et confidere potest. Inest igitur culpatio voci *πίσυνοι*. Similia frequenter occurrunt apud poetas tam latinos quam graecos. Vide quae congessere interpretes ad Horat. Odar. I, 3. et Juv. Sat. XI. Nobiscum faciunt Butlerus et Scholiastae.

v. 94. *ὀᾶ.* Recte Scholiastes A.: *Περσικὸν θρήνημα.* Barbara haec exclamatio interpellat stropharum numeros et per se extra metrorum nexum est accipienda. Quare non probamus aliorum explicationem, qui genitivos *Περσικοῦ στρατεύματος* ab hac interjectione regi statuunt: „Heu Persarum exercitum;" neque Lachmanni (II. p. 38.) qui explicat: „Ne vae (lamentationem) huius Persici exercitus Susorum urbs audiat." Comparari potest cum nostro *ὀᾶ* Hebraeorum אוֹיָה, (Psalm 120, 5.) quod in N. T. graeco exprimitur per *οὐά* vel *οὐαί*. Quapropter uterque genitivus *Περσικοῦ στρατεύματος* et *τοῦδε* pendet a *πύθηται* sed diversa ratione. Idem valet ac si dictum esset: *μὴ τόδε περὶ Περσικοῦ στρατεύμα-*

τος πόλις πύθηται. Ad τοῦδε intelligi debet ὀά. Simili ratione λαμβάνεσθαι construitur cum duplici genitivo, qua de re erudita et lectu digna est Astii observatio ad Plat. de Rep. I, 1. p.318. Schuetzius, cum τοῦδε paullulum languere existimet, eius loco commendat τοῦτο, quod amplexus est Botheus. At nil mutandum.

Ad πύθηται Schol. A.: *Μὴ πύθηται, φησί, καὶ ἀκούσῃ τὶς τῶν ἑτέρων πόλεων κενὸν ἀνδρῶν ὂν τὸ ἄστυ τὸ τῆς Σουσίδος.* Item Schol. B.: *Μή τις τῶν πασῶν πόλεων πύθηται καὶ ἀκούσῃ τὰ Σοῦσα ἀνδρῶν ἔρημα γενόμενα.* At errant Scholiastae, quod πόλις vel τὶς τῶν ἑτέρων πόλεων vel τὶς τῶν πασῶν πόλεων interpretantur. Ita non potuit loqui poeta noster. Imo πόλις ab ἄστυ h. l. nil diversi significat; hoc per appositionem, quam vocant, illi additum est. Vide Schuetzium. Qua ratione solent interdum toti alicui addere partem; ut statim infra γυναικοπληθὴς ὅμιλος ad πόλισμα Κισσίων. Πόλις autem si opponitur voci ἄστυ regionem significare notum est. Cf. Pinzgerum ad Lycurg. c. Leocrat. c. 6 p. 148. R.

v. 96. Sunt qui verba καὶ τὸ Κισσίων πόλισμ' ἀντίδουπον ἔσσεται divellant a sequentibus, adjungantque praecedentibus. Quod qui faciunt post ἔσσεται colon ponunt. Quo pacto antistropha arctius quam par est cum stropha connectitur, sensusque et constructio antistrophae misere turbatur. Etenim γυναικοπληθὴς ὅμιλος ἀπύων nisi pro appositione verborum: καὶ τὸ Κισσίων πόλισμ' κ. τ. λ. habes, non bene explicari possunt. Alii cum καὶ τὸ Κ. πόλισμ' ad praecedentia, ἀντίδουπον ἔσσεται ad sequentia traherent, in eundem impliciti sunt errorem. Duplicem explanandi rationem proponit Schol. B. *Ἢ πρὸς τὸ ἔσσεται καὶ τὸ ὀὰ στίζον, ἵνα πρὸς τὸ ἀπύων ἔξωθεν λαμβάνῃς ἔσται,* (quo facto desiderabitur copula. Ex sequentibus hanc alteram explicationem non esse Scholiastae ipsius sed aliorum elucet) *λογιζόμενος καθολικὸν τὸ γυναικοπληθὴς ὅμιλος, διὰ πάσας τὰς ἐν Περσίδι γυναῖκας, ἢ πρὸς τὸ ἔσσεται ὑπόστιζον, ἵν' ᾖ ὁ γυναικοπληθὴς ὅμιλος μόνα, αἱ ἐν Κισσίνοις γυναῖκες. Εἰ δέ τις εἴποι ὡς γυναικοπληθοῦς ὁμίλου ἀπύοντος ἔδει εἰπεῖν, φάμεν, ὡς ἐπειδὴ ὁ τῶν γυναικῶν ὅμιλος μέρος ἦν τοῦ Κισσίνου πολίσματος, διὰ τοῦτο γυναικοπληθὴς ὅμιλος εἶπεν. Εὕρηται δὲ αὕτη ἡ σύνταξις οὐκ ἐν ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Θουκυδίδῃ.* Exempli gratia in lib. II. c. 53. *Ῥᾷον γὰρ ἐτόλμα*

τις ἃ πρότερον ἀπεκρύπτετο μὴ καθ᾽ ἡδονὴν ποιεῖν, ἀγχίστροφον τὴν μεταβολὴν ὁρῶντες τῶν τ᾽ εὐδαιμόνων καὶ αἰφνιδίως θνησκόντων, καὶ τῶν οὐδὲν πρότερον κεκτημένων, εὐθὺς δὲ τἀκείνων ἐχόντων. Talem appositionem, si quis nominativorum absolutorum nomine insigniverit, re vera quidem a sensu loci non aberrabit, sed parum apto nomine utetur, neque tam accurate, ut decet grammaticum, loquetur. Omnino enim casus absoluti, qui vere absoluti sint, i. e. cum reliqua periodi structura nulla ratione cohaereant, nulla in lingua sunt, neque esse possunt. Ac de genitivis, dativis et accusativis alio loco dicemus. Nunc cum nominativis res erit. Quotquot itaque sunt loci, in quibus nominativos absolutos sibi reperisse visi sunt grammatici, in iis vel anacoluthon inest, vel appositione res explicanda. Appositionis exempla tria jam attulimus. In iis nominativi absoluti propterea exstare nequeunt, quod in eodam casu continuatur oratio. Quartum appositionis memorabile exemplum est in Herodoto, lib. VIII, 83: καὶ οἳ σύλλογον ποιησάμενοι προηγόρευε — Θεμιστοκλέης. Habet tamen h. l. simul anacoluthiam, nec facile eius similem reperias. Et anacoluthon obtinet in locis qualis hic est: Eur. Phoen. 290:


μέλλων δὲ πέμπειν Οἰδίπου κλεινὸς γόνος
μαντεῖα σεμνὰ Λοξίου τ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάρας,
ἐν τῷδ᾽ ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

Matthiaeus Gr. gr. p. 819 h. l. nominativos absolutos agnoscit. Sed oratio ita coepta est, ut appareat auctorem in mente habuisse ἐπεστρατεύετο ὑπ᾽ Ἀργείων, verum interjectis nonnullis constructionem, qua inceperat, reliquit, aliamque ἀνακολούθως intulit. Neque praetermittendum est, anacoluthiam nihil commune habere cum casibus absolutis. — Quo pacto cum Ald. Rob. Turn. post Σουσίδος plene interpunximus, post ἔσσεται autem comma inseruimus.

Fuere qui formam Ionicam ἔσσεται non ferrent, inter quos Burneius (Tentam. de metr. Aesch. p. 14), qui ᾄσεται conjecit, quod adeo recepit Blomfieldius. His saltem in mentem venire debebat ἔσσομαι ap. Soph. Elect. 818. Aristoph. Pac. 187. ἔσκε etiam occurrere ap. Aeschylum in Pers. v. 614. et λῆμα ibid. v. 56. nec non Sophocl. El. 21. ἐμέν dixisse. Plures locos colle-

git Lobeck. ad Soph. Aj. v. 183. 184. Conf. notam nostram ad v. 614 et 815. ubi ἐπωδώκει et ὅσσας defenduntur. Videas praeterea Passov. in Mel. p. 41. Erf. ad Soph. Ant. 1208 et Schneid. De dial. p. 25. Nihil igitur hoc loco mutandum esse elucet. — Vulgata lectio *Κίσσινον* est. Sed in libris cum antiquis tum bonis aut *Κισσίνων* aut *Κισσίων* reperitur. Scholiastes A. *Κισσίων*, B. *Κισσίνων* legisse videtur. Praeterea H. Steph. alios *Κισσίων* alios *Κισσίνων* scripsisse testatur. Quid igitur nobis faciendum? Cum optio data sit, *Κισσίων* praetulimus.

Stropha et antistropha quinta.



Dochmiacum numerum hoc melico contineri et tota eius conformatio et verba inprimis in stropha *τὸν ἀμφίζευκτον*, in antistropha *τὸν αἰχμάεντα* aperte docent. Negat quidem Herm. Elem. doctr. metr. p. 245. Epit. doctr. metr. p. 92. hanc formam occurrere: ⏑ –́ –́ – ⏑́ si ultima syllaba in vocalem exeat, videtur tamen ea non illicita fuisse, dummodo quae respondet syllaba in consonantem desineret. Inde id canticum, quantum fieri posset, in dochmiacos numeros redigere par erat. De arsi nuda dochmiis consociata cf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 281. 282. Epit. doctr. metr. p. 87. 88. 100, 101. 105. 107.

v. 101. Quod L. Med. et Rob. exhibent, *ν* paragogicum adjunximus in *ἐκλέλοιπεν*. In antistropha respondet *ἀκροπενθεῖς*.

v. 102. Post *μελισσᾶν* comma delevimus.

v. 105. Hic locus Schuetzio fraudem fecit, quae res ex eius interpretatione intelligitur. Nam *πρῶνα κοινὸν αἴας ἀμφοτέρας* Chersonesum Thraciam, quamvis ea ab Europa versus Asiam procurrat, hanc ob causam dici non posse, quod non cohaeret cum Asia, quin in-

telligat, nemo erit. Quid? Chersonesus Thracia num ad Asiam versus procurrit, an ab ea reflectitur et recedit? Magis etiam displicet, qua ratione ἀμφίζευκτος interpretetur Schuetzius. „αμφίζευκτος vero appellatur, quia ab utroque Hellesponti littore ponte jungebatur.“ Ingenue confitemur non mente nos capere, quomodo Chersonesus ab utroque Hellesponti littore ponte jungi potuerit, neque magis, quo pacto ab ea re epitheton ἀμφίζευκτος adepta sit. Imo vel ad Hellespontum vel ad pontem in eo factum referendus est ὁ ἀμφίζευκτος ἀμφοτέρας ἅλιος πρὼν κοινὸς αἴας. Ad Hellespontum τὸν πρῶνα trahit Schol. B.: ἐξοχήν. Ἐνταῦθα καταχρηστικῶς τὸ πρῶνα εἶπε· πρὼν γὰρ κυρίως ἡ τῶν ὄρεων ἐξοχή. Ἐνταῦθα δὲ διὰ τοῦτο εἶπε, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἐξοχὴν τῆς ἔξω θαλάσσης πρὸς τὴν εἴσω, καὶ οἱονεὶ αὐχένα. Ἐθεράπευσε δε αὐτὸ εἰπεῖν ἅλιον. Conferendus est etiam Schol. A. ἀμφίζευκτον δέ, τὸν ζευγνῦντα ἄμφω τὰς ἠπείρους, ἢ ζευγνύμενον ἐξ' ἀμφοῖν. Ἢ τὸν ὑποζευχθέντα βατὸν γὰρ αὐτὸν ἐποίησεν ὁ Ξέρξης. Ἄλλως. Πρῶνα ἀμφοτέρας αἴας κοινόν, οἱ μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, οἱ δὲ Ταῦρον, τὸ ὄρος (ultimum est ineptum). Erunt fortisan quibus altera a nobis prodita illustratio magis arrideat. Atque est sane, quod dubites, Hellespontum πρῶνα dici posse. πρὼν est quod prominet; prominet autem magis pons quam Hellespontus. Idem pons quoniam utramque terram Asiam et Europam contingit κοινὸς et ἀμφίζευκτος est. Nihilominus tamen cum v. 823 πρῶν' ἅλιον et v. 691 γέφυραν ἐν δυοῖν ζευκτηρίαν de Hellesponto usurparit poeta; hic etiam Hellespontum non pontem intelligi debere existimamus.

v. 107. δακρύμασιν scripsimus propter λεὼς in stropha. Adsentiuntur L. Med. Burneius, Blomfieldius.

v. 109. Turpem Arnaldi, qui φιλανόρῳ scripsit, atque Pauwii conjecturam v. 106. πόνῳ pro πόθῳ merito quidem perstrinxit Schuetzius, ita tamen ut ipse ab recta explanandi via longissime aberraret. Ἑκάστα δ' ἤθη φιλάνορι malam esse emendationem demonstrarunt Butlerus et Wellauerus (p. 78.), quamquam in eo falsi sunt, quod reg. A. Cant. 1. et Rob. lectioni προπεμψαμένα anteferunt vulgatam ἀποπεμψαμένα. Etiam Botheus v. 106 ἀνδρῶν πάθη cum reciperet, locum frustra tentavit.

Epodus.

προσύστημα	–⏑́⏑	––		
	⏑⏑–́	⏑⏑–	⏑⏑–́	––
	–⏑́⏑	––	–⏑́⏑	––
	–⏑́⏑	––	⏑⏑–́–	
σύστημα	–⏑́⏑	––	––́	⏑⏑–
	–́–	⏑⏑–	⏑⏑–́	⏑⏑–
	⏑⏑–́	⏑⏑–	⏑⏑–́	⏑⏑–
	–⏑́⏑	––	–⏑́⏑	––
	–́–	––	⏑⏑–́–	
ἀντισύστημα	–́–	⏑⏑–	⏑⏑́–	––
	⏑⏑–́	––	–́–	⏑⏑–
	⏑⏑–́	⏑⏑–	–́–	––
	–́–	––	⏑⏑–́	––
	–́–	––	⏑⏑–́–	

v. 114. *ἐνιζόμενοι στ. α.* non sunt „assidentes antiquis his aedibus" quos faciunt senes Schuetzius, Butlerus Botheusque, sed *κατοικοῦντες*. Cf. Schol. B. Quo favore domum stirpemque regiam amplectantur his verbis exprimunt senes.

v. 118. Omnis interpunctio post *Δαρειογενὴς* tollenda. *τὸ πατρωνύμιον γένος* est accusativus qui a *πράσσει* pendet. Sensus: „Quomodo agit Xerxes cum nostro, patri (gentis auctori) cognomini, genere?" Genus *πατρωνύμιον* „e patre nomen ducens" sunt Persae a Perseo nominati. Sic locum intelligi debere nobis persuasum habemus, facessere jubentes Schuetzii suspicionem qui *πατρωνύμιον*, quasi ex interpretatione irrepserit, delere mavult, aeque ac Butleri, qui eo audaciae processit, ut vel omnia a *Δαρειογενὴς* ad *ἁμέτερον*, vel a *τὸ πατρωνύμιον* ad *ἁμ.* ab aliena manu assuta esse existimaret. Siebelis (p. 121.): *ὁ πατρωνύμιος θεὸς ἁμέτερος*, quod intelligi vult de Xerxe, qui nomen et originem a claris majoribus vel ab ipso Perseo traxerit, ingeniosius quam felicius conjecit. Blomfieldius legit in contextu: *τὸ πατρώνυμον ὧν γένος ἡμέτερον*, in notis vero *τό τε Περσόνομον γένος ἡμέτερον*. Idem *πατρωνύμιον* pro *πατρωνυμικὸν* vel *πατρώνυμον* barbarum existimat, refutatus a censore Jenensi 1816. n. 105. p. 366. per analogiam τοῦ *πατρωνύμιος* et *ἐπωνύμιος*. Pind. Ol. X, 95. Pyth. I, 58. Herod. II, 112. Atticam formam *ἡμέτερον* nulla auctoritate stipatam praetulerunt Botheus et Blomfieldius.

v. 122. Schol. A. Ἀλλ' αὕτη ἡ τοῦ βασιλέως μήτηρ, ἡ δέσποινα δὲ ἐμή, ὑπάρχουσα φάος τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἴσον τῶν θεῶν ὁρμᾶται ἤτοι ἔρχεται. Accipiendum φάος pro θέαμα, quod jubet Schol. B. Sensus est: „Verum ecce haec ut dea in conspectum nostrum venit regis mater etc."

v. 124. Nihili est Bothei conjectura προσπιτνεῖν propter αὐτήν. τήν autem rejecimus. Verum conjecturam a nobis receptam ex veterum more per compendium scribendi defendi posse putamus.

v. 129. Εὐνάτειρα, in qua lectione et plurimi et optimi consentiunt libri, injuria tentatur a Blomfieldio, εὐνήτειρα praeferente. Cur enim εὐνήτειρα rectior forma sit quam εὐνάτειρα, quum vox, utpote quae derivanda sit ab εὐνάω, εὐνάζω, litteram α primitivam habeat? Multo minus etiam placet, quod Blomfieldius curis secundis praetulit εὐνέτειρα, quae forma omnino graeca non videtur; nempe a masculino εὐνέτης descendit femininum εὐνέτις, non εὐνέτειρα. Corruptam lectionem ap. Tzetz. Chil. VII. 361. συνέτειρα non est quod moremur. Sic etiam v. 132 εὐνατήριον recte habet. In Prom. v. 896. εὐνάτειραν legitur sine varietate lectionis. In S. adv. Th. v. 802. ἑβδομαγέτης occurrit. Conf. Brunck. ad h. l.

v. 131. Vulgata scriptura, quae in Vict. Stanl. recentioribusque edd. reperitur Schol. B. et cod. B. debetur. Etiam alii libri χρυσεοστόλους produnt, id quod ad χρυσεοστόλμους ducit. Attamen alteram lectionem χρυσεοστίλβους, quam ex Ven. 2. Guelph. v. 1. B. C. F. L. Henr. Steph. notis, Turn. atque ex Ald. corruptela χρυσοστόλβους protraximus, multis nominibus praestare censuimus. Primo χρυσεόστιλβος i. e. *auro splendens, auri splendorem referens* rarissimum et fortasse ἅπαξ λεγόμενον vocabulum vulgata χρυσεόστολμος facillime loco suo depulsum est. Contrarium vero parum probabile esse, omnes concedunt. Deinde etiam alia via ostendi potest, qua χρυσεοστίλβους depravatum sit in χρυσεοστόλμους. Si minus placeat, quod nobis certe verisimillimum est, vulgatam esse correctionem jejunam alterius scripturae, haec enim poeticam magis, illa prosaicam orationem spirare videtur, ex corruptela ortam esse vulgatam credas. Calami vitio pro χρυσεοστίλβους scribe-

batur χρυσεοστόλβους. Quod cum vidisset librarius quidam locum tenere non posse, extrusit β correxitque χρυσεοστόλους. Inde alii χρυσεοστόλμους finxerunt.

v. 132. Post εὐνατήριον minore tantum interpunctione, commate opus est. „Id ipsum est, quod (ταῦτα) me ex aedibus expulit, et animum timore angit." Inde apparet κἀμὲ, quod Botheus necessarium existimavit, ne ferri quidem posse; nam primum, si ita locuta esset regina, deficeret copula, quoniam κἀμὲ significaret „me quoque"; deinde ne dixerat quidem chorus v. 130, se ob Persici exercitus fortunam metuere. Quare Atossa „se quoque metuere," subdere non potuit.

v. 134. οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος. Non ostendit Atossa, se etsi illud somnium non accessisset, suopte tamen ingenio satis timidam esse, ut Schuetzio visum est. Neque enim ἐμαυτῆς pro ἀπ' ἐμαυτῆς graecum esset. Sensus potius hic est: „nulla ratione mea ipsius causa timore libera, i. e. mihi timens." Significat ergo Atossa se non solum exercitui sed sibi ipsi quoque metuere. Non tamen in librorum lectione acquiescendum esse existimavimus. Namque cum verba οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσ' ἀδείμαντος non aliter in sensum quadrent, ac si ad Xerxem Atossae filium referuntur, Xerxis vero sors arctissime cohaeserit cum exercitus fortuna, cur huius ab illius fortuna separetur minus liquet. Porro vocula οὖσ' est nullius momenti, et optime abesse posset. Verum voces ictu praeditae quiddam ponderis habere et solent et debent. Denique silentio non premendum est, aliam lectionem Scholiastas procul dubio habuisse, quorum A. sic scripsit: εἰς ὑμᾶς δὲ ἐρῶ λόγον, οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὖσα, ἤτοι οὐδ' ὅλως ἐμαυτῆς κυρία τυγχάνουσα, οὐκ ἄφοβος, B. vero ita: ἤγουν ἔστι ἔξω τοῦ καθεστηκότος τυγχάνουσα ὑπὸ τοῦ φόβου, ὃν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχω. Quae explicationes cum vulgatae lectioni non possint adoptari, nulli dubitamus, ita scriptum fuisse in exemplaribus, quibus utebantur enarratores: οὐδαμῶς ἐμαυτῆς, οὐδ' ἀδείμαντος, hoc sensu: „Narrabo vobis, amici, somnium, mei ipsius haud compos neque timoris expers." Vident omnes οὐδ' reposito et sensui et legibus metricis et Scholiastis satisfieri, vident, quam facile litterae δ et σ confusae sint. — Blomfieldio autem non concedimus, mollius sonare versum si legatur

ἀδείματος. Nimirum, quum de veritate formae ἀδείμαντος haud quaquam possit dubitari, ut ipse confitetur Blomfieldius, formam nullo plane alio exemplo stabilitam ἀδείματος invita majori librorum parte inducere, ineptum est. Non enim analogia solum, sed multo magis etiam usus linguae est consulendus.

Post φίλοι maxima interpunctio ponenda, finitur enim sententia. Sequentia ita cohaerent, ut post τινὸς v. 136. ponatur minor interpunctionis nota, post φρεσὶ autem v. 137. plene distinguatur, post σθένος v. 139 commate interpungatur. Unde talem nanciscimur sententiarum cohaerentiam: „Ne magnae divitiae festinando proruant felicitatem, quam non sine divino auxilio Darius collegit; propter hoc duplex mihi infanda cura in animo insidet. Neque enim ut divitiarum viris destitutarum multitudo in honore habeatur, neque ut egenis tantus, quantum robur inest, splendor fulgeat, fieri potest.“ Sic potuit, ut opinamur, versuum 138 et 139 lectio, ea quae in libris est, retineri, neque mutatione opus fuit. Ut vero vulgo locum accipiunt, non videmus, quomodo conjungere possint μέριμνά μοί ἐστιν ἐν φρεσί, μήτε πλῆθος χρημάτων ἀνάνδρων σέβειν, μήτε ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς. Dici saltem debebat σέβεσθαι: „angit animum sollicitudo, ne multitudo divitiarum viris destitutarum non in honore habeatur.“ Quod jam antiquos offendit criticos. Quare Schol. B. accusativum ἀχρημάτους ad σέβειν subintelligi jubet e sequentibus scilicet. At Persae ἀχρήματοι dici nequeunt, qui in bellum profecti erant exceptis. Eorum autem non erat divitias viris destitutas honore afficere. Pro σέβειν ingeniose procul dubio, sed non minus audacter πέλειν substituit Pauwius. Alio modo Botheus versui consulere studuit, εὖ τιμὴν σέβειν cum ederet. At quominus Bothei elimationem in textum adsciscamus, obstat prae ceteris quod nimis remoti a se invicem sunt accusativus τιμὴν et qui ex eo pendet genitivus χρημάτων. In tetrametris talis constructionis interruptio non permittitur. Correctione vero nihil opus esse demonstravimus, quandoquidem πάρα accipimus pro πάρεστι et, quae mere graeca est formula, ἐν τιμῇ σέβειν pro ἐν τιμῇ ἔχειν καὶ σέβειν. De hoc usu praepositionis ἐν pro dativo quem vocant instrumentali vide quae attulit Buttmannus ad

Soph. Phil. 60. p. 69. Apparet inde ἐν τιμῇ nihil fere esse aliud quam „honorifice."

v. 135. Cur deseruerint editores vulgatam ἀντρέψῃ causam non intelleximus.

v. 136. Aldina εἶλεν exhibet, de qua lectione mirum est Butleri judicium. Verisimile enim est, errore typthetico pro εἶλεν in eius nota ἦρεν legi. Multo autem melius habet ἦρεν, quod ι subscriptum repudiat, quam εἶλεν et longe majori auctoritate nititur. Nam εἶλεν Schol. A. legisse ex eius nota non efficitur.

οὐκ ἄνευ θεῶν τινός. Recurrit eadem dictio apud Eur. Bacchas 756 et Phoen. 1608: ἄνευ θεῶν του.

v. 137. μέριμν' ἄφραστος non corruptum censemus, quandoquidem caesura neglecta excusationis aliquid in voce composita habet. Quapropter nec Hermanno (Elem. doctr. metr. p. 82. Epit. doct. metr. p. 46) qui tamen suam ipsius sententiam lectoribus adhuc invidit, nec Porsono, nec Heathio, nec Reisigio, qui ingeniose locum emaculare studuit, adsentiri possumus. Consule Ric. Dawesii Misc. crit. p. 16 ed. Harles.

v. 138. ἄνανδρον pro ἀνάνδρων scripsit Blomfieldius. Potuit ita dicere poeta, sed non dixit, neque inferior est librorum lectio Blomfieldii conjectura. Quare quid causae sit, cur librorum omnium auctoritatem contemnat V. D. non facile intelligitur.

v. 140. Recte locum interpretatus est Schol. A.: ἀμφὶ δ' ὀφθαλμοῖς] ἤγουν ἀμφὶ τῷ Ξέρξῃ, ὀφθαλμὸν γὰρ ἐκεῖνον καλεῖ. Quae contra monuit ingeniosissimus Schuezius non male refutavit Blomfieldius. Multa sunt in poetis graecis, quibus quis, si ex nostra sentiendi ratione rem aestimet perpendatque, grammaticam subtilitatem possit exprobrari. At cavendum est in talibus ne sensus noster nos decipiat. Ipse Schuetzius in ed. m. ad veram rediit interpretationem.

v. 142. πρὸς τάδ', ὡς κ. τ. λ. sic recte jam distinxit Blomfieldius.

v. 143. Ex Med. et G. γένεσθε cum Blomfieldio recepimus. Med. scilicet omnium codd. est cum antiquissimus tum praestantissimus. Illud vero sine causa

contendit Blomfieldius, imperativum praesentis verbi *γίγνεσθαι* tragicis non in usu fuisse.

Πέρσαι cum vi quadam h. l. dicitur, ut dignitatis nomen. Frustra igitur Blomfieldius vocativum mutavit in *Περσῶν*. De *γηραλέα πιστώματα* cf. notam ad v. 2.

v. 146. Locus Blomfieldio sine dubio corruptus videtur, quam tamen ipse protulit emendationem, ea omnium minime probabilis est. Rectam viam jam monstraverat ingeniosissimus Schuetzius: Etenim sensus est: „Bene hoc scito, o regina huius terrae, non opus esse, ut bis imperes vel sermonem vel actionem, quibus nostra faciendi potestas praeire velit i. e. quae in nostra potestate posita sint." Audacter quidem et nove Aeschylus ea, quae possibilia sunt, *δύναμιν* antecedere dixit, sed haud scimus an nihil spiritui Aeschyleo accomodatius excogitari queat. Infinitivi post *εὖ ἴσθι* positi exempla, cuius loco participium usitatius esset, vide apud Elmsleium ad Eur. Med. 580. p. 178 ed Lips. Ibidem Elmsleius nostro loco *φράσειν* pro *φράσαι* scribendum esse contendit, qua tamen mutatione non opus est. Aoristus enim h. l. indicat id, quod et nunc est, et antea fuit, et in posterum erit. — Pro *θέλῃ* Ald. et Rob. *θέλει*, Cantab. 2. *θέλοι* exhibent, quorum posterius receptum voluit Blomfieldius; at typotheta, utpote qui *θέλῃ* servaverit in Lips. saltem editione, Aeschyli commodo melius prospexit, quam editor. *Θέλοι* enim significat, „quae quis in nostra potestate posita existimet," quod h. l. non aptum.

v. 148. *ἀεὶ* primam syllabam semper habere brevem docte monet Passov. in Lex. gr. contra Piers. Moer. p. 231. Pors. praef. Hec. p. IV. XVI seq. et alios, qui ancipitem eam syllabam fecere. Nimirum ubiubi longa syllaba opus erat, Ionica particula *αἰεί* usi sunt tragici. In Soph. Ant. p. 883 (ed. Erf.) *αἰείφρουρος* optimis libris stipatur. In Trach. 16. *αἰεί* optima auctoritate stabilitur. Neque minus in Aesch. Eumen. 586. 826. 978. et in Eurip. Alc. v. 40. In Med. v. 443. 809 *αἰεὶ* est vulgata, v. 816. et 991 plurimorum monumentorum auctoritate gaudet *αἰεί*. Quare non erat, quod ubique *ἀεί* adoptaret Elmsleius. In fabula nostra. v. 566 *αἰεὶ* omnes libri praebent excepto Cant. 2. v. 715 omnes libri *αἰείμνηστον* produnt exceptis A. B. Multis exemplis

non indiget res. Verum quidem est ubique fere variam lectionem inveniri, sed unde ea orta sit facile est divinare. Grammatici scilicet puram Atticam dialectum ubicunque conservare studuerunt. Contra quem errorem, quo impliciti sunt etiam ex recentioribus permulti, egregie disputavit Theoph. Car. Guil. Schneider in libello quem de dialecto Sophoclis confecit. Licet de formis αἰεὶ et ἀεὶ quae sint vera non intellexerit V. D. Nam raro ancipitem esse primam in ἀεὶ syllabam immerito Porsono concedit Hermannus ad Eur. Hercul. fur. p. 3. sq. Melius de prosodia adverbii eius disputavit Hermannus in Praef. ad Hec. p. XXII. et in Praef. ad Aj. p. XIX. — Nostro loco vulgatam αἰεὶ in plurimis legi codd. et edd. ex Butleri silentio efficitur. Adsentiuntur Schol. A. C. Quo factum est, ut eam reducendam judicaremus.

v. 150. Recepta Cant. 1. lectione: οἴχετ' ἐκπέρσαι melior fieret versus, quippe qui non amplius in tres partes aequales Ἰαόνων | γῆν οἴχεται | πέρσαι θέλων dispesci posset. Nam si quis ita versum legere velit, ut post γῆν caesuram statuat, nexus verborum grammaticus cum rhythmico non consonabit. Quae sic lege:

Ἰαόνων γῆν οἴχετ' || ἐκπέρσαι θέλων.

Dawesii enim (Misc. crit. p. 266) et Erfurdtii (ad Soph. Aj. 190) dubia, diphthongum αι in primis tertiisque verborum personis et in passivo apud tragicos elidi posse negantium, nunc jam neminem morabuntur (alioquin ᾤχετ' facile esset conjicere), quum extent minime ambigua huius rei exempla, congesta a Lobeckio ad Soph. Aj. p. 248. (ubi tamen in hunc numerum minus recte refertur Trach. 216, nam talis lyrici carminis major est quam dialogi licentia. Quod exemplo si viro doctissimo eximo, aliud in eius locum substituam, Soph. Oed. Col. 844 ubi lectio Ante-Tricliniana: ἀφέλκομ' ὦ δύστηνος, ὦ ξένοι, ξένοι restituenda est). In Aesch, Prom. 837 Wellauerus male, licet e plurimis codd., edidit:

μέλλουσ' ἔσεσθαι· τῶν δὲ προσσαίνει σέ τι;

interrogatio enim ista totius loci tenorem pessime turbat. Retinenda autem est vulgata ἔσεσθ' εἰ τῶνδε quae cum in aliis bonis libris tum in optimo antiquissimoque cod. Mediceo servatur. Ponderandi non numerandi erant libri Wellauero. — Caeterum ut ad locum no-

strum revertar, distinctio quam post οἴχεται posuit Schuetzius, delenda est; γῆν enim pendet ab ἐκπέρσαι. Pinzgerus.

Quamquam poetam nostrum ita scribere potuisse, si voluisset ita scribere, non nego, lectioni tamen unius codicis locum denegandum vulgatamque omni ratione defendendam esse pro certo habeo. Versus noster post sedem quartam caesuram habet, nam γῆν ad οἴχεται pertinet, subauditurque post πέρσαι. Quam ob rem ita interpretor: „Jonum in terram abit, vastare eam cupiens.“ Itaque quia post Ἰαόνων incidi nullo modo potest, non in tres aequales sed in duas sibi inaequales partes dividitur versus:

Ἰαόνων γῆν οἴχεται || πέρσαι θέλων.

Etenim non ubicunque vocum finis consentit cum fine metrici numeri caesuram statuere licet, sed ubi sensus et verborum connexio pausam aut majorem aut minorem permittit. Quo fit ut versum in dubitationem vocatum non minore iniuria in tres dividas partes aequales atque hos:

v. 153.

ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε.

v. 158.

ταὐτοῦ πάτραν δ' ἔναιον, ἡ μὲν Ἑλλάδα.

v. 160.

τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ δόκουν ὁρᾶν.

v. 169.

πίπτει δ' ἐμὸς παῖς, καὶ πατὴρ παρίσταται.

v. 184.

πράξας μὲν εὖ, θαυμαστὸς ἂν γένοιτ' ἀνήρ.

v. 234.

καὶ μὴν παρών τε, κοὐ λόγους ἄλλων κλύων.

v. 270.

Ἀρτεμβάρης δὲ μυρίας ἵππου βραβεύς.

v. 293. 294.

κεῖται θανὼν δείλαιος οὐ μάλ' εὐτυχῶς.
Συέννεσίς τε πρῶτος εἰς εὐψυχίαν.

v. 299.

Αἶ αἶ, κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε.

v. 321.

Ἦρξεν μέν, ὦ δέσποινα, τοῦ παντὸς κακοῦ.

v. 329.

Ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν, οὐ ξυνεὶς δόλον.

v. 334.

τάξαι νεῶν στῖφος μὲν ἐν στοίχοις τρισίν.

v. 349. 350.

πλέουσι δ', ὡς ἕκαστος ἦν τεταγμένος,
καὶ πάννυχοι δὴ διάπλοον καθίστασαν.

v. 381.

ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν.

v. 385.

Ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφραδμόνως.

v. 388.

ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν·

v. 408.

ἐλθεῖν κακῶν ῥέπουσαν ἐς τὰ μάσσονα.

v. 414.

ποίῳ μόρῳ δὲ τούσδε φῂς ὀλωλέναι;

v. 441.

Πέρσας· πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν.

v. 460.

Μαγνητικὴν δὲ γαῖαν, ἔς τε Μακεδόνων.

v. 491.

ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα.

v. 495.

Ὑμᾶς δὲ χρὴ 'πὶ τοῖσδε τοῖς πεπραγμένοις.

v. 497.

καὶ παῖδ', ἐάν περ δεῦρ', ἐμοῦ πρόσθεν, μόλῃ.

qui versus eo insignis est, quod singuli pedes singulis vocibus continentur. Simillimus locus est Soph. Oed. R. v. 598. et fabulae nostrae v. 737.

v. 563.

ἐπίσταται βρότοισιν, ὡς ὅταν κλύδων.

v. 572.

v. 572.

χλιδῆς τε τῆς πάροιθεν, ἐκ δόμων πάλιν.

v. 640.

ταρβῶ, χοὰς δὲ πρευμενεῖς ἐδεξάμην.

v. 732.

ξὺν ἀνδράσιν φίλοισιν, οἷς τόδ' ἦν χρέος.

v. 737.

Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ὢν νέος, νέα φρονεῖ.

v. 739.

εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ', ἐμοὶ ξυνήλικες.

v. 742.

Τί οὖν, ἄναξ Δαρεῖε, ποῖ καταστρέφεις.

v. 747.

αὐτὴ γὰρ ἡ γῆ ξύμμαχος κείνοις πέλει.

v. 768.

Τοιγὰρ κακῶς δράσαντες, οὐκ ἐλάσσονα.

v. 798.

Ἦ πολλὰ καὶ παρόντα καὶ μέλλοντ' ἔτι.

v. 803.

ἐσθημάτων κλύουσαν, ἥ νιν ἀμπέχει.

Ad incisionem post quartam sedem usurpatam non ita attentos fuisse viros rei metricae peritos cum videam, non inutile existimo, ea istius incisionis exempla, quae in Persis apprehenduntur, ad huius notae calcem addere:

v. 152.

ὡς τῆς πάροιθεν εὐφρόνης· λέξω δέ σοι.

v. 154.

ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη.

ob oppositionem, quae inter *Περσικοῖς* et *Δωρικοῖσιν* exstat, post *Περσικοῖς* pausam brevem facere debes.

v. 177.

ὁρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἐσχάραν
Φοίβου·

Propter transpositionem verborum, cum constructio sit: *ὁρῶ δὲ αἰετὸν, πρὸς ἐσχάραν Φοίβου φεύγοντα,* post *αἰετὸν*

paulIulum interrumpitur pronuntiatio. Idem valet de hoc v. 271.

στυφλοὺς παρ᾽ ἀκτὰς θείνεται Σιληνίων·

v. 272.

χὠ χιλίαρχος Δαδάκης πληγῇ δορός.

v. 274.

Τενάγων τ᾽ ἄριστος Βακτρίων ἰθαιγενής.

Genitivus nempe pendet ab ἄριστος, non ab ἰθαιγενής. Interruptam constructionem iterum agnosces v. 279.

πηγαῖς τε Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου.

et v. 283.

ἵππου μελαίνης ἡγεμὼν τρισμυρίας.

v. 299.

Αἲ αἴ, κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε.

si voces, non sensum spectas, hic versus ei simillimus est, qui litis nostrae ansam praebuit. At post κακῶν ob cohaerentiam vocum κακῶν ὕψιστα pausam statui cum nequeat, pondus et gravitas, quae vocibus ὕψιστα δὴ inest, post δὴ efficit incisionem. Pausa iterum ex interrupta verborum connexione excusatur in v. 318.

Ἀρχὴ δὲ ναυσὶ συμβολῆς τίς ἦν φράσον.

et v. 348.

τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς.

v. 422.

κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. Ὡς γὰρ θεός.

v. 438.

ἤϊξ᾽ ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ. Τοιάνδε σοι.

v. 465. 466.

ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος. Θεοὺς δέ τις
τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ, τότ᾽ ηὔχετο.

v. 565.

ὅταν δ᾽ ὁ δαίμων εὐροῇ, πεποιθέναι.

Transpositio vocum reperitur in v. 639.

λεύσσων δ᾽ ἄκοιτιν τὴν ἐμὴν τάφου πέλας.

v. 717.

ἐξ οὔτε τιμὴν Ζεὺς ἄναξ τήνδ᾽ ὤπασεν.

v. 746.

μηδ' εἰ στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν.

v. 757.

βλέψαντα· συμβαίνει γὰρ οὔ, τὰ μὲν τὰ δ' οὔ.

οὔ non ad τὰ μέν, sed ad συμβαίνει trahere oportet. Quo pacto post οὔ necessaria est incisio.

v. 805.

ὑπαντιάζειν παιδὶ ἐμῷ πειράσομαι.

Occurrunt alii versus, qui dubitationem moveant, quomodo sint legendi. Exempla eius rei apponam. In versu 268.

Ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φάος μέγα.

quoniam ἐμοῖς δώμασιν arctius connectenda sunt quam εἶπας φάος μέγα, caesura πενθημιμερὴς vix adhiberi potest. In versu 477. voces μόγις πολλῷ πόνῳ aegre tantum et inconcinne copulantur. Melius μόγις ad περάσαντες, ac πολλῷ πόνῳ ad ἥκουσιν refers, quare sic legas:

Θρήκην περάσαντες μόγις || πολλῷ πόνῳ
ἥκουσιν κ. τ. λ.

v. 737.

Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς, ὢν νέος, νέα φρονεῖ.

Licet post παῖς incidi possit, ob gradationem tamen enuntiationis, cui inserviunt adjectiva νέος νέα, melius puto aptiusque in fine pedis quarti caesuram constituamus. Langeus. — Schol. A. ἰστέον δὲ ὅτι Ἰάονες οἱ Ἀθηναῖοι λέγονται, ἔκ τινος Ἰάονος βασιλεύσαντος αὐτῶν. Erudite de voce Ἰαόνων disserit Blomf. in Gloss. ad h. l.

v. 151. τοιόνδε. „Numquam somnium *tali modo* perspicuum vidi."

v. 153. Poetas antiquiores tribrachum, qui pro trochaeo est, una voce aut saltem praepositione et nomine comprehendisse, docuit Herm. in Elem. doctr. metr. p. 124 et in Epit. doctr. metr. p. 59. At veremur ut recte. Confer quae in Praefatione nostra de tribracho monuimus. Quodsi hic locus ex Hermanni regula dijudicandus esset, Salvini emendatio cooptaretur, necesse esset: ἐδοξάτην δύω γυναῖκ' εὐείμονε. Atque μοὶ deest in Mediceo, quem tamen codicem aequat Scholiastae A. et cetororum librorum auctoritas, qua μοὶ defenditur. Facile

etiam est divinare, qua ratione *μοὶ* delapsum sit. Voces nempe, quibus omissis sensus non claudicabat, a librariis saepe aliud agentibus non raro praetermissae sunt.

v. 156. *εὐπρεπεστάτα τῶν νῦν.* Hic est ille superlativus, quem pro comparativo positum putant, quod ibi fit, ubi significatur, aliquid majus esse reliquis et omnino maximum. Vide Hermannum in Censura Medeae Elmsleianae (Diar. Class. Jun. 1819. N. 38. p. 288) ad v. 67. et Greg. Guil. Nitzsch. de Comparativis gr. linguae modis p. 79. — Ex codd. Guelf. Cant. 1. 2. Ox. Lambeth. edd. Ald. Turn. *εὐπρεπεστάτα* revocavimus, quod adjectivum magis quam vulgata lectio ad mulieres quadrat.

v. 157. Quamvis *ἀμώμῳ* plurimorum codicum veterumque trium edd. consensu commendetur, *ἀμώμω* nonnisi in A. B. et Turn. occurrat, dualem vel invitis libris retinuimus. Sic enim multo elegantior structura evadit. Et facillimus erat librariorum lapsus. Conferas v. 163 ubi pro *αὐτὼ* in Ald et Rob legitur *αὐτῷ*. Quae confusio eius, quae hic exstat, est simillima.

v. 158. *ταὐτοῦ* cum coronide scripsimus. Post *ἔναιον* comma delevimus, nam *ἔναιον λαχοῦσα* unam fere tantum notionem efficiunt.

v. 160. *τούτω στάσιν τιν᾽ ὡς ἐγὼ δόκουν ὁρᾶν τεύχειν ἐν ἀλλήλοισι.* His verbis talis anacoluthia inest, quae non raro etiam in prosaicis invenitur. Graeci duas enuntiationes, dummodo eundem praebeant sensum, constructione licet differant, ita confundere possunt, ut alterius protasi annectant alterius apodosin. Qua compositione periodus plerumque efficitur, quae simul et directam et indirectam prodit orationem. Quod cadit in locum nostrum. Altera enuntiatio est haec: *τούτω στάσιν τιν᾽, ὡς ἐγὼ ἐδόκουν ὁρᾶν, ἔτευχον ἐν ἀλλ*; altera haec: *τούτω στάσιν τιν᾽ ἐγὼ ἐδόκουν ὁρᾶν τεύχειν ἐν ἀλλ.* Prioris initio cum posterioris fine conflato orta est loci scriptura, quam frustra tentarunt Schuetzius, Porsonus et Botheus. Namque verbo *δοκεῖν* praesertim anacolutha lubenter formari demonstratum est in E. R. Langei Spec. crit. in Plat. Crit. p. 10. 11. Consulas praeterea Herm. ad Vig. p. 745. Erfurdt. ad Soph. Antig. p. 732. et Blomf. ad h. l. Simillimus est locus fabulae nostrae

v. 531 seq. — *Δόκουν* sine apostropho scripsimus, cuius rei infra rationem reddidimus.

v. 161. Pro *ἀλλήλῃσι* reduximus *ἀλλήλοισι* ex K. Cant. 2. Guelph. Viteb. et Rob., quod melius ad *τούτω* et *αὐτὼ* quadrat. Feminini forma nil est nisi correctio criticorum acutulorum. Insignis autem est nota Schol. B. *ἰστέον, ὅτι ἐπειδὴ αὐταὶ δέον εἰπεῖν, ἀρσενικῶς ἐξήνεγκε κατ' Ἀττικὴν συνήθειαν, ἀντὶ τοῦ αὐταὶ τούτω εἰπών, διὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀλλήλοις ἀρσενικῶς πρὸς τοῦτο ἀπέδωκεν. Οὕτως γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς παλαιοῖς βιβλίοις εἴρηται διὰ τῆς Ο καὶ Ι διφθόγγου γραφόμενον.*

v. 164. Pro *Χ' ἡ* melius videtur *Χἠ*.

v. 165. Cum Blomfieldio *ἐν ἡνίαισι τ'* reponere pro *δ'*, non opus est, cum *δὲ* saepissime apud tragicos, praesertim in narrationibus, ubi epicorum sermonem amplexi sunt tragici, copulae tantum vicem sustineat.

v. 166. Omnium monumentorum lectionem *καὶ χεροῖν ἐν τῇ δίφρον* ut restitueremus, tum auctoritas, qua ea est ornata, tum sensus postulavit. *ἐν τῇ* positum est *δεικτικῶς* pro *ἐν ταύτῃ τῇ δεξίᾳ*, quae est sententia Schol. B. Quo facto *χεροῖν* genitivus pendet ab *ἐν τῇ*. Verum est, articulum pro demonstrativo apud Atticos non ita frequenter occurrere. Conf. Herm. ad Vig. p. 700. Sed tragici dialecto epica non raro utuntur. Atque exempla articuli vi demonstrandi apud tragicos positi larga manu congessit Schwenckius ad Aesch. Eum. 7. p. 92. Etiam praepositione praecedente apud ipsos Atticos frequentior est is usus. Quid? Schol. A. eadem repetit verba. Annotat ad *ἐσφάδαζε*: *καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἐν τῇ τοῦ δίφρου βίᾳ ῥήσσει τὸν δίφρον.* Quae verba contaminavit, non emaculavit Abreschius. Nil erat mutandum praeter *τοῦ δίφρου*, quod cum sensu careat et constructionem turbet, exstinctum velimus. Itaque si recte videmus, locum sic vertere possumus: „et hac manu i. e. altera manu currum frangit." At quod ex Stanleji emendatione omnes praeter Heathium in textum adsciverunt *ἔντη*, contractam formam pro *ἔντεα* non amplius pati potuimus.

v. 167. Vulgata *διασπαράττει* immerito depulsa est a Brunckio, qui de suo *διασπαράσσει* substituit. Consentit quidem Cant. 2. et sequuti sunt Porsonus, Schuc-

tzius et Blomfieldius, sed obstant codices ceteri omnes et editiones antiquae. Cf. quae exposuit Schneid. De dial. Soph. p. 16.

v. 170. Quia *σφὲ* h. l. encliticae munere fungitur, acutum delevimus.

v. 173. Qui somnia male ominata viderant, experrecti manus lavabant, et piacula diis averruncis seu diis manibus faciebant. Cf. Stanl. et Blomf. ad h. l. qui eius superstitionis exempla collegerunt. De diis averruncis conf. Blomf, ad S. contra Th. v. 8. *Καλλιῤῥόου* recte pro appellativo habet Schol. B. qui ita scripsit: *ὡς καθαρὸν ἔχουσα (Ἄτοσσα) ὕδωρ καλλίῤῥοον ἐκάλεσε τὴν πηγὴν ἀφ' ἧς τὰς χεῖρας ἐνίψατο.*

v. 174. *σὺν θυηπόλῳ χερὶ βωμῷ προσέστην.* Schuetzius vertit: „una cum turba sacrificorum ad aram steti.“ Neque aliter Botheus. Atque Heathius: „cum sacrificiis ministrantium manu,“ addens: aliter praepositio *σὺν* prorsus otiosa esset. At magis arridet Stanleji interpretatio: „sacrifica manu altari adstiti.“ Verum sane *σὺν* non necessarium esse, sed plane idem est h. l. absitne an adsit. Pro *ξὺν* legimus *σὺν*, veterum editionum auctoritate et Butleri silentio confisi.

v. 177. Ante Brunckium *αἰετὸν* legebatur, neque ullus exstat testis, qui Atticam quam dicunt formam *ἀετὸν* praebeat. Quo pacto, cum monumentorum testimonia pluris faciamus, quam grammaticorum regulas, *αἰετὸν* quin reponeremus, non potuimus. Cf. Herm. Praef. ad Soph. Ajac. p. XVIII et Schneid. De dial. Soph. p. 21.

v. 183. Hic locus Pauwio, Heathio, Schuetzio, Botheo, Butlero et Blomfieldio ita fraudem fecit, ut eos aut de elimatione corruptelae, quam suspicati sunt, cogitare induceret, aut incommoda illustratione difficultatem tollere commoveret. Certum profecto est, post verba: *ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἐστ' ἰδεῖν ὑμῖν δ' ἀκούειν* Atossam aliquid proferre debere, quod ad explicandam terroris rationem, aut ad exaggerandum metum valeat. Id quod recte monet Schuetzius. Sed quae profert regina, quin eo spectent, ne dubites. Ut vero hoc enucleare possimus, altius repetere oportet, a somnio scilicet et visu. In utroque de Xerxis contumelia, dedecore et infamia, non de amissa regia potestate, ne vita dica-

mus, sermo est. Ex curru decidit Xerxes adspectoque Dario peplos dilacerat. Atqui pater, cum lugeat filium, ei videtur auxilio venisse. Simili ratione aquila, quae Xerxis personam gerit, ab accipitre vellicatur, nec vero ab ara detruditur aut occiditur. Eandem Xerxis conditionem et statum esse, in sequentibus docet Atossa. Etenim ut aquila, quamquam contumelia affecta, tamen manet aquila, sic devictus Xerxes Asiae rex manebit. Verum eodem modo, quo aquila, etiam Xerxes ignominia inustus apparebit. Neque aliter somnium accipi potest. Sensus igitur est: „Scitis enim senes, quam similis devicti Xerxis conditio futura sit. Nam rebus male gestis regnabit quidem filius meus, attamen aeque atque aquila, quodque ex somnii fine colligo, per dedecus et vituperationem tenebit imperium.“ Postrema magis innuit quam expressis vocibus pronuntiat regina, id quod par est, et Xerxis matri consentaneum. Quae ut clarius eluceret loci sententia, comma post πράξας delere, et post σωθεὶς δ' addere, forsitan aptius esset. Vertas: „Quoniam civitatis arbitrio non subjectus est, si rem male gesserit, servatus autem fuerit, regnabit quidem in hac terra“ sed simili ratione ut aquila i. e. ignominiose. — Transeamus autem ad aliorum conatus. Pauwii conjecturam ὁποίως pro ὁμοίως inde ab Heathio omnes iure repudiarunt critici. Quod autem Heathius monet: „hunc esse loci scopum, ut quanquam infelicissime rem gesserit Xerxes, spes tamen supersit omnia damna resarciendi, modo ipse tandem salvus redeat;“ cum spei nulla fiat mentio, verbaque ταῦτ' ἔμοιγε δείματ' ἔστ' ἰδεῖν contrarium evincant, ineptissime monitum esse, nemo erit quin concedat. Porro Schuetzius, quia, quae addit Atossa, ea consolandi potius Chori quam terrendi vim habere falso opinatur, legi vult: εὖ δ' ἄρ' ἴστε. Quid vero? Tantum abest, ut ea conjectura Atossae verba terrendi vim nanciscantur, ut potius omnis terroris causa diluatur. Nam particula δὲ ita adhibita contraria praecedentium indicantur secutura, post metum igitur consolatio metusque remotio. Botheus ita locum explanare studuit: „in πράξας gravissima fit ἀποσιώπησις, statim vero animum recipit, spesque plebis temerarias castigat prudens regina.“ Qua ratione Atossa animo praedita apparet nimis atroci et superbo. Rejiciendum ergo est etiam hoc emplastrum. Butleri vero

explicatio haec est: „Paulo turbatior est sententia ob metum, qui Atossae animo observabatur. Sic enim forte verteris: „Haec mihi quidem visu, vobis autem auditu metuenda sunt. „*Bene enim intelligitis, filium meum, si bene rem gesserit, admirandum hominem et omnibus in ore futurum esse.*“ Deinde euphemismi gratia sententiam abrumpit Atossa, seque et choricos senes hoc saltem solatur, quod vel male re gesta Xerxes tamen ἀνυπεύθυνος erit. Itaque post ἀνὴρ erit aposiopesis.“ Quod vero de euphemismo et consolatione dicit Butlerus, absurdum esse, loci nexus et structura aperte docent. Blomfieldii denique conjectura est *ἐμοί τε δείματ᾽ ἔστ᾽ ἰδεῖν, ὑμῖν τ᾽ ἀκούειν.* Etsi probet eam, et unice veram judicet Elmsleius ad Eur. Med. 1217 p. 290 ed. Lips., quoniam ob oppositionem verbis ἰδεῖν et ἀκούειν exortam prorsus necessaria h. l. adversativa est particula, nonnisi librorum lectio obtinere potest. Sensus est: „Haec mihi certe visu, vobis autem auditu terribilia fuerunt.“ Confer etiam Herm. in Cens. Medeae Elmsl. p. 395 seq.

v. 192. πρευμενῶς δ᾽ αἰτοῦ significat: „roga autem ut benevolus sit“ sc. Darius. Nam interdum adverbia cum verbo connexa consilium verbi exprimunt. At Schuetzii explicatio „humaniter roga“ linguae Graecae repugnat, neque magis placent, quae suspicatur Blomfieldius.

v. 194. Pronomen σοὶ ob distinctionem, qua τῷ τέκνῳ oppositum est, retinere debet accentum.

v. 195. Ad fidem testium optimorum γαίᾳ cum Blomfieldio revocavimus. Schol. A. *καὶ ταῦτα ἐναντία τούτων τῶν ἀγαθῶν αἰτοῦ κατεχόμενα τῇ γῇ ἀμαυροῦσθαι, ἤτοι ὑπὸ τῆς γῆς κρατηθέντα, ἀφανισθῆναι τῷ σκότει.* Pro *κάτοχ᾽ ἀμαυροῦσθαι* cum Blomfieldio et Lachmanno De choric. system. p. 119. *κάτοχα μαυροῦσθαι* metro jubente rescripsimus. In trochaicis strictiores et angustioribus finibus circumscriptae regulae observatae esse videntur, quam in iambicis versibus.

v. 201. Ob sequentem pluralem *μόλωμεν* optime habet *θήσομεν*, quem in locum iniuria *θήσομαι* ex Rob. substituit Blomfieldius.

v. 204. Ex plurium codd. omniumque edd. au-

ctoritate *δυσμαῖς* restituimus, quem dativum requirunt praecedentia: *ποῦ — ἱδρυσθαι χθονός*; Adsentiuntur Porsonus, Blomfieldius et prae ceteris Schol. A. cuius verba haec sunt: *ἐρωτηθεὶς ὁ χορὸς ποῦ λέγουσι τὰς Ἀθήνας κρατεῖσθαι, καὶ ἐν ποίῳ μέρει τῆς γῆς, φησίν, ὅτι μακρὰν πρὸς ταῖς δυσμαῖς τῶν φθινασμάτων τοῦ θεοῦ ἡλίου.* — Propter connexionem *δυσμαῖς φθινασμάτων*, vocum fere eiusdem potestatis, inficetam esse enuntiationem censuerunt critici recentiores. Quare aut *δυσμαῖς — φθινάσμασιν* aut *δυσμὰς — φθινάσματα* proposuere. Cf. Pauwium, Heathium, Schuetzium, Butlerum, Blomfieldium, alios. At omnem correctionem respuit poeta, quandoquidem huius loci pleonasmus circumscriptionis generi accensendus est, poetis maxime usitato. Cf. Herm. ad Vig. p. 887 et Siebelin p. 121. Dein quae vocabula a criticis aevi nostri synonyma existimantur, non sunt synonyma. Etenim *δυσμαὶ* arctiorem, *φθινάσματα* latiorem habent consuetudinem. Quae est sententia Scholiastae A: *ὅτε γὰρ δύει ὁ ἥλιος, ἐκλείπει.* Simillimus est locus in Prom. v. 6: *ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις.* Ut vero quisque huius rei scrupulus evellatur, monendum est, talem pleonasmum Graecis ita vulgarem fuisse, ut Schol. A. eum non modo non dignum qui explicaretur censeret, sed et ipse eadem plane uteretur constructione. Cf. quae supra enotavimus. — Paululum secus ac nos lectionem *φθινασμάτων* defendit Wunderlichius in Obs. critt. in Aesch. p. 179. qui *δυσμαὶ φθινασμάτων Ἡλίου* poetice dictum existimat pro *δυσμαὶ φθίνοντος Ἡλίου.* — Siebelis l. c. annotat: „In nostro autem loco longa verborum ambage parum dubitem, quin Aeschylus adumbrare voluerit magnam regionis longinquitatem."

v. 205. Parum assecutus est Schuetzius particularum *ἀλλὰ μὴν* vim „enimvero" cum verteret. Debebat „atqui" interpretari. Errat etiam Blomfieldius, qui in Gloss. ad h. l. *θηρᾶσαι* de *σαγηνείᾳ* illa insulae Euboeae, de qua Herodotus VI. 31. loquitur, exponit. Hic enim minime mos erat apud Persas, sed singulari ratione Euboeae incolas ita in potestatem suam redegerunt. *Θηρᾶν* h. l. nihil aliud est quam „capere, expugnare urbem." Caeterum idem recte interrogationis signum in fine posuit.

v. 207. Ὧδε referendum est ad notionem multitudinis in ἀνδροπλήθεια, ut sit sensus: „Tamne numerosus exercitus iis est?" Ἀνδροπλήθεια non erat cur in ἀνδροπληθία ex uno cod. Cant. 2. mutaret Blomfieldius. Utraque enim forma analogiam sequitur.

v. 208. Observa lenem hoc in versu anacoluthiam. Ita enim poeta inceperat ut continuanda esset oratio: καὶ στρατὸς τοιοῦτος, οἷος Μήδους πολλὰ κακὰ ἐποίησεν, sed coeptae structurae oblitus participium intulit. Πλεῖστα e Rob. reciperemus, si alii testes accederent.

v. 209. Vitiose in Schuetziana ἄλλα legitur pro ἄλλο, etsi τί plurali jungant interdum Graeci. Porsoni conjecturam κἄτι ne ferendam quidem existimamus, quod Aeschylus sine tautologiae crimine ἔτι πρὸς τούτοισι ponere non poterat.

v. 210. Scripsimus ἔστι.

v. 211. In omnibus monumentis exhibetur χερός, quod cum metrum turbet, Turn. Vict. Stanl. Pors. et Schuetz. 2. χερός γ' dederunt. Attamen metro sanato sensus nunc aegrotat. Quid enim haec sibi velint: „nonne manus saltem eorum arcu insignis est?" quasi quis alia quavis corporis parte quam manu arcum gestare possit. Praeterea numerus singularis hoc quidem in loco habet aliquid offensionis. Quapropter mutandum esse locum dubium esse nequit; illud quis ambigat, utrum χερῶν cum Brunckio, an χεροῖν cum Elmsleio ad Eur. Med. p. 314. a. ed. Lips. corrigat. Quarum conjecturarum prior adoptanda est et ob sensum, cum non de unius tantum hominis duabus, sed universis manibus sermo sit, et ob auctoritatem Schol. A.; qui verba facit: ἆρα, φησί, διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῖς πρέπει ἡ βολὴ ἡ τοξική;

v. 212. ἔγχη σταδαῖα non sunt hastae erectae, sed statariae, ad pugnam statariam aptae, quas στάσιμα καὶ ἀγχέμαχα interpretatur Schol. B.

v. 21[illegible]. Omnium codd. veterumque edd. lectionem εἴσῃ reposuimus. Nimirum antiquitatis placita pluris sunt ac grammaticorum regulae. Cf. Schneid. De dial. Soph. p. 4.

Hermannus ad Soph. Trach. 172. Porsonum ναμερ-

τῇ recte reposuisse censet, testimonio usus Hesychii, quippe apud quem legatur ναμέρτεια, ἀλήθεια; iterumque ναμερτέα, ἀληθῆ. Contra Blomfieldius analogia vocum νήποινος, νήνεμος et similium innisus, non solum hic vulgatam retinendam, sed in Trachiniarum quoque loco νημέρτεια reponendum esse censet. Et libri utrobique nil variant. Verum poterant sane tragici dicere νημέρτεια, poterant etiam ναμέρτεια, illud praeeunte Homeri usu, hoc Dorice dictum est et cum solenni quadam gravitate. Quare in utroque loco eam, quam praebent documenta formam retinemus, suadente id ipsum utriusque sententia.

v. 219. Duplici emendatione, si Diis placet, hunc versum Blomfieldius adjuvare voluit, altera δρόμημα pro δράμημα prorsus inutili, quum δράμημα occurrat ap. Herod. VIII, 98 (quem locum corrigendum censet eximius criticus) et ap. Jon. Athenaei p. 468. C. firmeturque ab Etym. M. v. ἔδραμον et a Zonara p. 608; altera Περσικοῦ pro Περσικόν, qua minus etiam egemus, quoniam Περσικὸν δράμημα φωτὸς multo melius convenit poetae, quam illud, quod vulgare est neque poeticum. Egregie locum exposuere Scholiastae ambo. A ita: Ἰδὼν ὁ χορὸς τὸν ἄγγελον ἐρχόμενον, φησὶ πρὸς τὴν Ἄτοσσαν, ἀλλ᾽ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἤτοι κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν καὶ δόκησιν, πάντως γνώσεις ἀληθῆ λόγον. Τοῦδε γάρ, τούτου τοῦ ἀνδρός, τὸ δράμημα καὶ τὸ βάδισμα Περσικὸν φαίνεται, καὶ φέρει ἡμῖν ὥστε ἀκούειν φανερόν τι πρᾶγμα, ἀγαθὸν ἢ κακόν. B. vero sic: Ὁ τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς δρόμος Περσικός ἐστι, τοῦτο γὰρ δηλοῖ Περσικὸν πρέπει μαθεῖν, τουτέστιν, ἐκ Περσῶν ἐστὶ τῶν ἐς Ἑλλάδα διεστρατευκότων ὁ οὗτος ἄγγελος, πρὸς ἡμᾶς ἰὼν καὶ φέρων ἡμῖν κλύειν καὶ ἀκούειν σαφές τι πρᾶγος· καὶ πρᾶγμα ἐσθλὸν ἢ κακόν. — Πρέπει] διαλάμπει.

v. 221. Quid causae sit, cur Ἀσίδος legendum putet Blomfieldius, non videmus. Solutio certe nil offensionis habere potest.

v. 222. Verba πολὺς πλούτους λιμὴν ita enucleat Schol. B: Ἤγουν πλοῦτε, περιφραστικῶς. Διὰ τοῦτο δὲ εἶπε λιμένα πλούτου, ἢ διὰ τὸ τοὺς πλέοντας ἐν λιμένι καταφεύγειν καὶ σώζεσθαι. Οὕτω δὲ καὶ ὁ πλοῦτος τοὺς ἔχοντας αὐτὸν ἐνδόξους ποιεῖ καὶ φυλακὴν αὐτοῖς ἐντίθησιν. Quam explicationem etsi non plane rejiciamus, cum iis tamen facimus, qui ea verba de Susis accipiunt; id quod con-

nexio et sensus efflagitare videntur. Inutilis ergo est Schuetzii conjectura πόλις, ne ineptam dicamus. Quodsi vero Schuetzius, ut commendet πόλις, Aeschylum non solere idem verbum, nisi orationis elegantia postulet, brevi intervallo repetere contendit, non est quod eum refellamus, nec recoquamus, quae exposuit Wellauerus in Comment. Aeschyl. p. 5 seqq. Neque solus Aeschylus, etiam alii poetae idem vocabulum brevi spatio iterant. Conf. Wunderi Adversaria in Soph. Phil. p. 12. Weichertum de Virgilii et Val. Fl. versibus suspect. p. 95 — 99. Weber. de versibus spuriis ap. Lucanum p. 626 sq. Fugit insuper Schuetzium, πόλις regulae suae repugnare. Nam propter πολίσματα, si verum sit Schuetzii commentum, πόλις male habet. Conf. etiam notam ad v. 509. et ad v. 652.

v. 224. πολὺς ὄλβος est εὐδαιμονία Persarum, quae divitiis, potentia et imperii amplitudine nixa erat.

οἴχεται πεσὸν mire vertit Schuetzius: „caducus interiit“, cum potius: „prorsus et subito occidit“ notissimo verbi οἴχομαι usu esset vertendum.

v. 225. Recte ὤ μοι scripsit Blomfieldius cum Aldo, Rob. et Schol. A. Passovium praeclare de huius interjectionis scriptura ita disserentem audi ad Soph. Trach. 971. in praefatione Indicis lectionum aestivarum 1820 in Univ. Vratisl. p. 5. „Recentiores omnes cum lexicorum conditoribus inde ab Henr. Stephano, thes. app. T. 2. p. 204, 13 ᾤ μοι, qui unde habeant litterulam istam furtivam, me expiscari non posse libenter confiteor: caveant certe, ne exclamationem οἴ μοι nobis objiciant: at dudum veram scribendi rationem ὤ μοι praeivit Wolfius in recensione Homerica.“ Passovium sequutus est Hermannus in Trachiniarum nupera editione.

v. 227. Πέρσαις ex uno cod. B. recepit Brunckius, quem secuti sunt Schuetz. et Blomfieldius. At dativus ita plane supervacuus est, quum nemini nisi Persis nuntiare et possit et debeat nuntius cladem, ut etiamsi omnes libri eum praeberent, vocativum tamen reponeremus. Neque minus, ut alloquatur nuntius chorum, opus, ac supervacaneus est dativus. Πέρσαι recte jam probavit Butlerus in Not. phil. ad v. 251. — In hoc eodem versu particula γὰρ singulari modo posita est, in-

dicat enim nil, nisi sequi nunc ea, quae ante relaturum se praedixerat nuntius.

Sequitur carmen dochmiacum, trimetris iambicis interruptum, ex eorum genere de quibus disputavit Lachmannus De choricis system. lib. II. cap. 15 p. 86 seq. Dochmiaci versus praevalent, ita tamen ut nonnumquam admistos habeant antispastos. Caeterum notatu dignum est, quod duas breves syllabas in principio carminis invenisse non meminit Hermannus. Cf. Elem. doctr. metr. p. 278. Neque duabus brevibus syllabis dochmio praemissis usquam quod sciat longam respondere monet idem l. c. p. 281. At utrumque nostro in carmine comprehenditur.

Stropha et antistropha prima.

⏑⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ –́ –
⏑ –́ –́ ⏑ –́ – ⏑́⏑ –́ ⏑ –́ ⏑

Alia quam vulgo fit ratione metra describere placuit. Quae enim versuum distributio ab Hermanno De metris p. 254 exhibetur, minus apta esse videtur. *Αἶ αἶ* verior scribendi ratio, quae, ut ex Butleri et Blomfieldii silentio colligere licet, etiam in vett. libris exstat. — *Νεότοκα* (saltem *νεοτόκα* esse debebat) emendatio est librarii, qui in voce *νεόκοτος* pro *νέος* adhibita haesit. Sed eadem varietas reperitur Sept. adv. Theb. 785, ubi vide Wellauerum. Caeterum locum sic interpunximus: *ἄνι᾽ ἄνια κακά, νεόκοτα καὶ δάϊ᾽, αἶ αἶ.* Accipias porro *δάϊα* pro substantivo, et ita locum convertas: „Tristia tristia mala, atque inaudita hostilia, vaeh!" Male enim epitheta ornantia copula *καὶ* conjunxisset Aeschylus. Conf. Hermannum De diff. prosae et poet. orationis diss. I. p. 31 seq. et ad Orph. Lith. 81. Jacobs. Anthol. gr. III, 2. p. 210. Erfurdt. ad Soph. Antig. p. 587. — In antistropha ad Ald. Rob. et Turn. fidem post *ἐφάνθη* interpunximus, post *γεραιοῖς* comma exstinximus. Quo pacto et metrum pulchrius incedit, et sensus concinnior fit. Vertas: „Sane longaeva haecce vita apparuit, ita ut senibus talis insperata calamitas audienda sit." Infinitivum vero *ἀκούειν* recte explicuit Wunderlichius Obs. p. 194. Sin cum *ἐφάνθη* connectas *γεραιοῖς*, cur senibus longaeva sit haec vita, non ita facile percipis. Quae autem nostra est interpunctio, voce *γεραιοῖς* expli-


catio antecedentium continetur. Quod deest conjunctio ante infinitivum, poetis usitatissimum est. Schol. B. constructionem illustrat: *οὕτως διὰ τοῦτο μέχρι τοῦ παρόντος καιροῦ βεβιώκαμεν, ἵνα τοιούτων συμφορῶν ἀκουσταὶ γενώμεθα.*

v. 230. Schol. A. sic *περιφράζει· τὸ ὡς ἀντὶ τοῦ ὅτι, καὶ ἀντὶ τοῦ λίαν. Πάντα ἐκεῖνα, ὅσα ἔφην διεπεπραγμένα ἐστί· κἀγὼ δὲ ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος, ἀντὶ τοῦ ἀνελπίστως ὑποστρέψας ζῶ, καὶ βλέπω τὸ φῶς.*

v. 231. „*νόστιμον φάος*, *reditus diem* ut *νόστιμον ἦμαρ* Odyss. Z. 311. et saepius apud Homerum." Schuetzius.

v. 234. Ex codd. optimis *τὲ* recepimus. Nempe nihil frequentius est, quam corruptio particularum *τὲ* et *δὲ* in *γέ*. Quae res cum ex socordia inscitiaque librariorum et antiquiorum et recentiorum satis explicetur, scilicet cum multis in locis, quid valeant istae particulae, non ita perspexerint imperiti, nostro loco praecedens *καὶ* procul dubio particulam *τὲ* expulit. Vide *οὔδε*, *οὔτε* et *οὔγε* in v. 281. et Elmsleium ad Med. multis locis.

Stropha et antistropha secunda.



Cf. Herm. De metr. p. 283. Elem. doctr. metr. p. 261 seq. 283. Epit. doctr. metr. p. 101. 108. Butl. ad h. l. Cum Aldo, Pors. Schuetz. 2. Blomf. et Botheo *ὀτοτοτοῖ* scripsimus. In versu secundo antistrophico arsis iambica soluta est, quod neminem jure offendere potest. Quare pro nostra metrorum dispositione neque Lachmanni neque Hermanni emendationibus egemus. Quorum ille (De chor. syst. p. 89) *πολέα* voluit pro *πολλά*, collato Agam. 732 (729); hic l. c. *ἁλιδνά*, quod ut ex analogia formatum sit veremur. Si quis igitur in nostra ratione acquiescere nolit, rectius cum Lachmanno quam cum Hermanno faciet.

v. 237. *Τὰ πολλὰ βέλεα παμμιγῆ*] Schol. B. *ἤγουν στρατὸς ἐκ πολλῶν ἐθνῶν συγκεκροτημένος.*


v. 239. Scripsimus δῖαν, quia eius adiectivi α est breve, ι longum.

v. 245. Scholiasten A. satis recte perspexisse, quid sibi vellet, cum quae sequuntur scriberet, valde addubitamus: πλαγκτοῖς, ὡς ἂν εἴποι τις διαύλοις. Τὰ γὰρ κύματα ἐγχεῖται καὶ ὑπονοστεῖ. διπλάκεσι δὲ ταῖς δύο πλαξὶ τῆς θαλάσσης τε καὶ γῆς. Ἢ, ἐν Σαλαμῖνι καὶ Πλαταιαῖς. Multo melius Schol. B. πλαγκτοῖς] πλησιαζομένοις ὑπὸ τῶν κυμάτων ἢ ἐν αἷς ταῦτα πλανῶνται. Διπλάκεσσιν] διπλαῖς ἄκταις Σαλαμῖνος καὶ τῆς γῆς ἢ ταῖς διπλαῖς ἔνθα φερομέναις στροφαῖς κυμάτων. Attamen si quis cum Schol. B. stare velit, quamquam non repugnamus, non negamus cum simpliciorem tum meliorem esse interpretationem, ex qua δίπλακες intelliguntur vel naves ipsae, vel earum rudera.

v. 247. Multorum codd. et edd. veterum omnium lectionem ναΐοισιν quin reduceremus facere non potuimus. Schuetzii aliorumq. scriptura et correctionem redolet, et in tribus tantum codd. invenitur. Neque minus v. 304 ναΐοισιν recepimus. Utrobique ναΐαισιν ex Cant. 1. ad h. l. adoptavit Blomfieldius, quem in hac re multis refellere nos pudet.

Multo elegantiorem poetaque digniorem lectionem λεὼς ex codd. Guelph. K. aliisque in textum recepimus. Scimus quidem longe majore ex monumentis auctoritate alteram lectionem esse ornatam, attamen cum in libris pervestigandis et conferendis religiositate utamur, ne in superstitionem incidamus, nobis semper cavere debemus. Quandoquidem λεὼς h. l. notat στρατός, quovis pignore certarimus, genuinam lectionem detrusam esse a criticis, qui λεὼς de exercitu usurpari ignorantes (cf. vero v. 81. 100.) pro calliditate sua non universum populum, sed exercitum tantum Persarum interiisse animadverterent.

Stropha et antistropha tertia.



Conf. Herm. De metr. p. 249. Elem. doct. metr. p. 231. Epit. doctr. metr. p. 88. 247. 254 et Seidlerum De verss. dochm. p. 28.

250. Reposuimus δᾴοις cum Hermanno, Butlero, Blomfieldio et Botheo, quod adjectivum Schol. A. διακεκομμένοις interpretatur. Minus recte Schol. B. πολεμίοις. Schuetzius annotat: „Schol. ad Sophocl. v. 796. δάϊον κοινῶς τὸ πολέμιον, ἀττικῶς δὲ τὸ δύστηνον. Et alius ibid. Ὦ δάϊα] δήϊα πεπονθυῖα ἢ κατακεκομμένη, καταπεπολεμημένη, κεκακωμένη. — Καὶ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ ἀθλία κέχρηται τῇ λέξει. Cf. Spanhem. ad Aristoph. Ran. v. 925.“ — Ὡς πάντα παγκάκως ἔθεσαν explanat Schol. B. ἤγουν τὸ καθ' Ἑλλήνων στράτευσαι κακῶς διενοήθησαν, ἐφθάρησαν γάρ.

v. 251. Genitivi στρατοῦ φθαρέντος pendent ex αἶ αἶ. Cuius constructionis nonnulla in fabula nostra occurrunt exempla: v. 686. Ὦ πόποι κεδνῆς ἀρωγῆς κἀπικουρίας στρατοῦ. v. 850. Ὀτοτοί, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς κ. τ. λ. v. 861: Αἶ αἶ αἶ αἶ κεδνᾶς ἀλκᾶς. v. 921: ὢ ὢ δαΐων. Consentit nobiscum Wunderlichius in Obs. p. 126.

v. 254. Omnium paene monumentorum lectionem στυγναὶ δ' reduximus. Particula δὲ copulae vice saepissime fungitur, quod cum nesciret Brunckius γ' intulit. Cf. Herm. ad Vig. p. 846. Praeterea cum Hermanno, Butlero, Blomfieldio et Botheo δᾴοις scribi debet, metro jubente.

v. 260. Infinitivus τὸ μήτε λέξαι eadem potestate positus est, qua alibi ὥστε. Solet tunc articulus infinitivo addi. Cf. Herm. ad Soph. Aj. 114. p. 22. Sed praeterea anacoluthon etiam hoc in loco observandum; namque ὑπερβάλλει quum dixisset poeta, subjungendus erat accusativus τὸ λέξαι: „major est haec calamitas, quam ut quis dicere possit.“ Sed orationem ita continuavit, ac si praecessisset dictio quaedam, quam sequi deberet negatio, e. g. ἥδε συμφορὰ τοιαύτη τις ἐστίν, ὥστε μήτε λέξαι. Nam ὑπερβάλλει τὸ μὴ λέξαι proprie significat: „major est, quam ut quis non dicere possit.“ Adsentitur Schol. B.: μὴ νοήσῃς ἐνταῦθα ἔξωθεν κατά. Εἰποῦσα γὰρ ὡς ὑπερβάλλει ἥδε ἡ συμφορά, ἐπήνεγκε τὴν ὑπερβολήν. Ἥτις ἐστί, τὸ μήτε λέξαι, μήτ' ἐρωτῆσαι τὰ πάθη. Ἔστι δὲ ὅμοιον κἀκεῖνο, ὅ φησι Προμηθεὺς πρὸς τὸν χορὸν λέγων· (Prom. v. 786.):

ἐπεὶ προθυμεῖσθ' οὐκ ἐναντιώσομαι,
τὸ τὴ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.

Schue-

Schuetzius ἐς ante τὸ μήτε λέξαι intelligi vult, quod lingua graeca vetat.

v. 261. Βροτοῖς exquisitior est lectio quam βρότους, ideoque recte a recentioribus, Porsono et Blomfieldio exceptis, editoribus praelata. Dativus pendet ex ἀνάγκη, ut etiam in Soph. Phil. 1316.

ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν
τύχας δοθείσας ἔστ᾽ ἀναγκαῖον φέρειν.

Nam si h. l. dativum ex δοθείσας pendere dicas, insolentem structuram et verborum collocationi adversantem infers.

v. 263. Blomfieldius annotavit: „Ante ὅμως interpunxi, quod sic positum reddendum est per *nihilominus tamen*.“ Quem usum stabilivit sat multis exemplis. S. adv. Theb. 697. Choeph. 112. Eurip. Alc. 935. Helen. 1026. 1414. Soph. Oed. Col. 1529. Aj. 15. Eurip. Or. 672. Quibus addimus Soph. Aj. 1359. Aliter de interpunctione ante ὅμως adhibita judicavit Elmsleius in Mus. Crit. T. I. p. 351. et ad Eurip. Med. p. 289 ed. Lips. Simillimus autem est locus in fabula nostra v. 795: ὑμεῖς δέ, πρέσβεις, χαίρετ᾽ ἐν κακοῖς, ὅμως. Schuetzius ὁμῶς malit, ut significet: „quamvis tu similiter s. aeque atque ego his malis ingemiscas.“ Quae emendatio jejunum et languidum praebet sensum.

v. 264. Merito post ὅμως colo interpunxit jam Blomfieldius, ut sequentia rectam efficiant interrogationem. In eis mirum esse videtur, quod Atossa de vivis prius et sospitibus quam de mortuis interrogat nuntium. Imo re male gesta quae infortunium eripuerit, non quae intacta reliquerit, inquirunt homines. Fortasse igitur τίς οὖν τέθνηκε scripserit poeta. At jam responsio nuntii, reginam de non mortuis quaesivisse, aperte docet. Deinde hoc semper spectare debemus, cum senibus universum Persarum imperium curae sit, Atossam de filio magis quam de imperio eiusque salute sollicitam esse. Id quod matri optime convenit. Itaque in communi calamitate de Xerxis sorte potissimum cum animi angatur Atossa, quomodo is se habeat, prae ceteris audire cupit. Attamen coram senibus si filii vitam primo de nuntio quaerat, ne in vituperationem incidat, metuit regina. Quamobrem quaerit quidem, sed tecte, neque ex-

pressis verbis, ita ut non videatur quaerere. Namque cum perpauci tantum sint superstites, si Xerxes in iis numeretur, nuntium de iisdem monitum regis prae ceteris recordaturum, recte colligit Atossa. Sin obierit jam rex, etiam id ex brevi redeuntium catalogo intelliget statim anxia mater. Quo pacto quae primo adspectu scabre dicta videntur, accuratius perpensa ingenium et sapientiam poetae iterum produnt. — „De καὶ sic posito vide Porson. ad Phoeniss. 1373. Herod. I, 11. φέρε ἀκούσω τέῳ καὶ τρόπῳ ἐπιχειρήσομεν.“ Ita Blomfieldius. Porsonus nempe recte ostendit, καὶ post interrogativa poni ea significatione, ut de nova quadam re praeter prius quaesita certior velit fieri is, qui interroget. Quod huc pertinere apparet.

v. 265. Ab forma Jonica ἀρχέλειος, pro Attica ἀρχέλεως quam usurpavit Aeschylus, defendatur omnis mutatio. Rob. lectio ἀρχελάων non dubitandum, quin sit correctio aut editoris aut alius critici. Fallitur igitur Blomfieldius, qui eam pro genuina habitam in textum recepit. Magis vero Blomfieldius errat, quod depravationem istam etiam Scholiastis adscribit; nam A: τῶν ἀρχελείων] Λαῶν ἀρχόντων. Ἄλλως. Τῶν βασιλέων, ἀπὸ τοῦ τῶν λαῶν ἄρχειν. B. vero sic: ἀρχελείων] Ἡγεμόνων τῶν λαῶν.

Licet Schol. B. et duae editt. vett. ὅς τ' exhibeant, alii libri et loci sensus ὅστ' efflagitant.

v. 271. παρ' ἀκτὰς — Σιληνίων. Schol. B. interpretatur: Σηλήνιαι αἰγιαλός ἐστι τῆς Σαλαμῖνος οὕτω καλούμενος. Λέγεται δὲ καὶ Τρόπαια Ἄκρα, ὡς Φιλόξενος ἐν τῷ περὶ λιμένων ἱστορεῖ. Eadem fere, sed corrupte Schol. A.

v. 272. Voces πληγῇ δορὸς commate a sequentibus separari ineptum est.

v. 273. „Imitatur Homericum istud, ὢ πόποι, ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνήρ, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ.“ Blomfieldius.

v. 274. Blomfieldius ἀριστεὺς scripsit pro ἄριστος, merito offensus copulatione duorum adjectivorum ἄριστος ἰθαγενής, quorum alterum pro substantivo esse debeat. Sed non necessaria videtur mutatio, per se licet probabilis. Nam faciliori ratione difficultas illa potest removeri interpungendo:

Τενάγων τ᾽ ἄριστος, Βακτρίων ἰθαγενής.

Ita ut sensus evadat: „Tenagoque fortissimus, Bactriorum indigena." Videtur tamen *Βακτρίων* et ad *ἄριστος* et ad *ἰθαγενής* pertinere, qua loquendi ratione saepe utuntur Graeci. Quo pacto ut ex nostra construendi ratione versum legamus, etiam post *Βακτρίων* incidi potest, genitivo post *ἰθαγενής* subaudito:

Τενάγων τ᾽ ἄριστος Βακτρίων, ἰθαγενής.

Vertas: „Tenagoque fortissimus Bactriorum, indigena" sc. eorum. Accedit quod *ἄριστοι* non minus bene quam *ἀριστῆς* „optimates" dicuntur, ita ut etiam sic locum interpretari aliquis possit: „Tenagoque princeps Bactriorum indigena" Conf. Elmsl. ad Eurip. Med. p. 63 ed. Lips. Ipsi judicent lectores, quid praeferendum. — Praeterea non silentio premenda lectio est codicis Med. et editionis Rob. *ἰθαιγενής*, quae forma etiam in Homero occurrit. Atque non dubitavimus, quin eam adoptaremus. Falso contendit Brunckius ad Arist. Eq. 41. *ἰθαγενής* atticam esse formam, cum ea etiam apud Hippocratem occurrat. De forma *ἰθαιγενής*, quam ab *ἰθαίνω* originem duxisse putamus, conf. notas ad Gregor. Cor. p. 294. 531. Bast. epist. crit. p. 239. ed. Lips. et Lobeck. ad Phryn. p. 648.

v. 275. „Nescio an vera lectio sit *θαλασσόπλαγκτον νῆσον*. Sophocl. Aj. 602. *Σάλαμις — ἁλίπλαγκτος*. ubi tamen *ἁλίπλακτον* ex hoc loco reponi vult Lobeckius. Etiam in Pindar. Pyth. IV, 24 *ἁλιπλάγκτου γᾶς*, MS. Gotting. exhibet *ἁλιπλάκτου*, quae tamen non est vera lectio." Hactenus Blomfieldius, cuius sententiae calculum lubenter adjecimus, quia codices satis boni aut *θαλασσόπλαγκτον*, ut C. H. quibus accedit Turnebi varietas lectionis, aut *θαλασσόπλακτον*, quae vox lenissimo errore inde orta est, ut L.Ox. Cant. 1. 2. Lambeth., quibus Schol. B. adjungas, produnt. Nam eos librarios, qui *θαλασσόπλακτον* scripserunt, Doricam formam pro *θαλασσόπληκτον* in senariis haudquaquam tolerabilem ponere voluisse non videntur. Sed potius ex *θαλασσόπλαγκτος* calamos eorum aberrasse, verisimile est. Poeticae certe rerum adumbrationi *θαλασσόπλαγκτον* pulcherrime convenit. Insulae maris nempe fluctibus cum percutiantur, ab iis agitari, itaque natare et circumvagari videntur. Qua ratione etiam Delos antiquis poetis nata-

vit. Vulgata vero lectio imaginem poeticam aufert, ac criticis, non poetae, originem debere videtur. Restituimus ergo genuinam lectionem. Occurrit etiam Pan ἁλίπλαγκτος Soph. Aj. 694. Cf. notam ad v. 446. Ceterum addendum est, Hermanni ad Soph. l. c. sententiam, ex qua ἁλίπλαγκτος: „multo navigantium commercio frequentata" interpretatur V. S., vix cuiquam probatum iri.

v. 276. Κἀργήστης cum Aldo, Robort., Porsono et Blomfieldio scripsimus. Voces per crasin connexae non amplius disjungi debent.

v. 278. In libris aut κύρισσον aut κύρισον, neque tamen 'κύρισσον aut ἐκύρισσον legitur. Quam augmenti omissionem ex crasi natam esse, opinati sunt critici recentiores. Cf. Reisig. in Conject. in Aristoph. lib. I. p. 78 seq. Elmsleium ad Eurip. Bacchas v. 1132. Herm. Praef. ad Eurip. Bacchas p. XIII seq. Attamen in Epit. doctr. metr. p. 33. eam crasin repudiavit Hermannus, cum proferret: „Quare male scribi videtur νικώμενοι 'κύρισσον etc." Atque est sane, quod in trimetro huiusmodi crasin in dubitationem voces, praesertim cum libri manuscripti et editi antiqui obnitantur. Novi quid, auctoritatis quod expers sit, quodque parum prae se ferat probabilitatis, in textum introducere nimis audax esse facinus existimamus. Sed de augmento tollendo et retinendo accurate disserunt hodie viri celeberrimi. Quod vero valde dolendum est, non ita antiquitatis vestigia consectari eiusque nutus observare, quam sua poetis supposita, libris veteribus inculcata systemata et ideas proferre, ex iisque tragoedias non raro magis depravare quam emendare videntur. Inde fit, ut qui sine ira et studio ea certamina contemplatur, veritatem hucusque repertam in luceque positam esse, vix credat. Hic non est locus eius sententiae tuendae. Confer tamen quae infra de augmenti omissione disseruimus. Nunc hoc tantum monemus, in re tam dubia et tantis obnoxia difficultatibus primum et summum esse critici officium, testimonia antiqua et semper in promtu habere, et maximi facere eorum auctoritatem, praesertim ubi, quod in nostrum cadit locum, ad unum omnia consentiant. Ex libris igitur restituimus: νικώμενοι κύρισσον.

v. 280. Quoniam Arcteus Nili fontibus accola di-

citur, v. 45 a Blomfieldio injuria *Ἀρκεύς*, qui in Lydis numeratur, depulsus est. Scilicet Schol. A. cum nonnullis codd. tribusque editionibus *Ἀρκεὺς* tuentur, quam nominis scripturam sensus etiam postulat. Namque diversi sunt Arceus Lydus et Arcteus Aegyptius.

v. 281. *Φαρνοῦχος* asyndeton est. Asyndeta vero eiusmodi haud raro apud Aeschylum occurrunt, quoniam in re gravi describenda duas voces omissa copula connectere solent tragici. Conf. Herm. in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XXXIV.

Venimus nunc ad locum a criticis recentioribus mirifice tentatum, turbatum et interpolatum. Neque tamen vulgatae scripturae quidquam inest, quod corruptelae suspicionem merito excitare possit. Quo magis ergo alii vulgatam impugnarunt, eo fortiores eius cognitores defensoresque esse debemus. — *Οἴδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον*. Ita Victorius, Stanleius et Schuetzius 1. locum exhibuerunt, codicum et editorum librorum plurimorum auctoritate nisi. Nam pro *οἴδε* nonnisi in Cant. 2. ab alia manu, Mosq. Med. B. et Rob. *οἴτε*, in H. Cant. 1. H. *οἵ γ'* leguntur. Eas voculas, etiamsi *οἴδε* in nullo exhiberetur exemplari, ob loci contextum lenissima mutatione in *οἴδε* mutandas esse, nemo est qui neget. *Νηὸς* produnt H. Cant. 1. a sec. m. et Turn., *νεὼς* autem Ald. et Rob. Etiam hic qua librorum numerus major, qua tragicorum consuetudo, qua metrum *ναὸς* postulat. In *πέσον* autem omnes ad unum testes conspirant. Id in eo verbo casu factum esse num credamus? Quid? cum in *οἴδε* et *ναός*, quibus voculis, quin poetae manus sua reddita sit, nemo jure dubitat, ambiguitas sit ex monumentis orta, quo tandem miraculo factum est, ut, quam vocem turpiter contaminatam conclamant aevi nostri critici, sine ulla varietate conservarent librarii omnes? Sed videamus, quid sit, cur critici ita haereant, et qua re moti de correctione cogitarint. Jam Brunckius sensus ambiguitate offensus est. Neque minus Schuetz. 3. qui Hermanni conjecturam: *ἤδε ναὸς ἐκ βαιᾶς πεσὼν* ex Praef. ad Eurip. Hec. p. XXX. cupidius arripuit. At nullam ambiguitatem agnoscere possumus, quoniam *οἴδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον* nihil aliud est, quam *ἐνικήθησαν ἐκ μιᾶς νηὸς τῶν Ἀθηναίων*, qua ratione locum explanat grammaticus a Brunckio citatus. Iniuria autem opi-

nantur Brunckius et Schuetzius, ea verba significare praeterea, istos duces unam eandemque navem conscendisse. Eum sensum, quem et contextus loci et res ipsa rejicit, excogitarunt interpretes invito poeta. Neque eo constat sensus ambiguitas, quod voces aliquae duplicem interpretationem permittunt, quarum una contra loci contextum ineptissimum praebet sensum, altera optimum et procul dubio verum; sed ambiguitas tum demum exstat, sicubi utraque explicatione aeque bonus quamvis diversus exsistit sensus. Neque intelligitur, quo pacto in verbis *ἠδὲ ναὸς ἐκ βαιᾶς πεσὼν* illa criticorum ambiguitas sublata sit. Imo nunc inesse verbis ambiguitatem quandam manifestum est, cum verba *ναὸς ἐκ βαιᾶς* utrum ad Athenienses, an ad Chryseum trahenda sint, parum liqueat. Nimirum cum Chrysei tum Atheniensium navis parva fuisse potest. Quid porro dicamus de adjectivo *βαιᾶς*? Cur ex parva navi delapsus esse debeat Chryseus? Quid denique de tanta a codicibus aberratione, quanta praecipue in *ἠδὲ* et *βαιᾶς* conspicitur? Vident omnes Hermanni correctionem parvi ducendam esse, atque ipse Hermannus eam nuper in Praef. ad Eurip. Bacchas silentio praetermisit. — In prima Aeschyli editione eodem jam scrupulo sollicitus: *οἴδε ναὸς ἐκ μιᾷ 'πεσον* i. e. *οἴδε ναὸς ἐξέπεσον μιᾷ* (*ἡμέρᾳ* scil.) legere voluit Schuetzius. Eadem conjecit Reisig. in Conject. in Aristoph. lib. I. p. 79. At quominus post *μιᾷ* subaudiatur *ἡμέρᾳ* obstant linguae Graecae regulae, quae nonnisi in formulis: *τῇ προτεραίᾳ* et *τῇ ὑστεραίᾳ* vocis *ἡμέρᾳ* omissionem patiuntur. Porro quam supervacue et inepte monitum esset a poeta nostro, hos quatuor Persarum duces, quos nominavit, uno die cecidisse, cum non minus reliqui, qui proferuntur principes, eodem die ex vita decesserint. — Transgrediamur ad alios. Porsonus ob augmentum omissum, quod omitti posse omnino negat, *οἴδε ναὸς ἔπεσον ἐκ μιᾶς* scripsit. At in trimetro iambico tragicos augmentum interdum abjecisse inter Germanos viros doctos constat, licet qua conditione et quibus ex legibus, non constet. Abjectio vero augmenti antiquis stipatur testibus h. l. omnibus, contra quos nil valent lusus ingenii recentiorum. — Blomfieldius Porsoni conjecturam dignam censuit, quae in textum recipiatur. Annotat tamen: „Mihi quidem magis placet *οἴδ' ἐξέπεσον ἐκ μιᾶς νεώς*. Sed suspicio

haud levis mente insidet, totum versum insititium esse, et plane post τρίτος locum interpungi debere." Quae cum nos taedeat multis argumentis rejicere, quantum valeant, lectores ipsi judicent. — Hermannus denique vulgatam existimat corruptam non ob sensum, quantum videmus, sed ob metri inconcinnitatem. Cf. Praef. ad Eurip. Bacchas p. XXI. XXII. Quid vero sibi videatur, tum dicet Hermannus, quum Aeschylus ei a multis multorum conjecturis liberandus erit. *Πέσον* autem, *θάνον* et alia verba similia nusquam sine augmento in trimetris usurpata esse, certissimum putat Hermannus, eam ob rem, quod ea multo debilius quid sonent, quam quum addatur augmentum. Namque primariam de augmento regulam, ex qua ceterae pendent, his verbis expressit (l. c. p. XXVI): „Apertum est autem, quoniam ex poetica dictione sumpta sit abjectio augmenti, debere eius vim eamdem esse, quae est omnium poeticarum formarum, ut orationem graviorem reddat." Unde quaesumus hoc apertum est, omnium poeticarum formarum vim esse, ut orationem reddant graviorem? Nonne etiam leniorem, suaviorem, gratiorem reddunt orationem? Nonne omnino eo tendunt, ut poeticam orationem ab aliqua parte reddant alienam, ut non solum numerus, sed etiam verba ipsa a vulgari sermone paullulum recedant? Hermanni regulam, quam de abjecto augmento quincuplicem (l. c. p. LIV. LV.) proposuit, improbandam esse duobus ex argumentis concludimus. Primo quod dicit V. S. omissione augmenti augeri orationis dignitatem. Etenim id contendit sed non effecit, cum inveniantur verba augmento destituta, quibus contrarium approbatur. Secundo quod plures locos regulae suae adversarios, quamvis monumenta antiqua eos tueantur, eam ob causam mutatos vult. Imo non loci sed regula est insimulanda et accusanda. Ipse Hermannus velimus magis considerasset cum animo suo, quae egregie quidem contra Elmsleium (l. c. p. XXV.) scripsit: „Quae vero recte, apte, pulcre, graviter dicta sunt, idque aliquando ita, ut corrigendo non possint non prava, inepta, invenusta, languida fieri, ea quis non defendenda potius et communienda, quam impugnanda et labefactanda iudicabit?" Nimirum rectius de loco nostro judicavit Herm. ad Soph. Aj. 301. — Nunc vero quid nos quidem de omisso augmento sentiamus, brevi-

ter explicemus. Epicorum more, quem tragici in pluribus rebus, saepiusque quam hucusque credimus, imitati sunt, non solum in nuntiorum narrationibus, sed etiam in diverbiis, licet rarius, neglectum est augmentum, prout suavitas, sublimitas, aut alia ratio poetica suadebat. Itaque quod poetas attinet, non promiscua iis erat detractio atque adjectio, utpote qui in ista re sensum suum et cuiusque loci naturam rationemque habebant duces. Nobis vero quamvis illo sensu ut ipsi imbuamur allaborandum sit, nisi ut ipsi fiamus isti poetae, vel eorum animum et indolem ad unguem exploratam habeamus contingat, quando in singulos inquiritur locos, promiscua videtur illa detractio atque adjectio. Etenim cum poetae nullas huius rei regulas traditas secuti sint, sed pro sua quisque indole conformarint, quoniam cum hominum tum poetarum diversi sunt animi, qui non raro magnopere a se abhorreant, in singulis locis augmentum addendumne fuerit an abjiciendum saepenumero non tam judicari ac demonstrari, quam mente et animo percipi et sentiri potest. Itaque nobis quidem tota res non ex regulis quibusdam dijudicanda, sed ex copiis experientiae haurienda est. Quae cum ita sint, quid offerant codices, quidque in textum recipi jubeant, prae ceteris diligentissime summaque religione explorari debet. Sunt, quantum videmus, in Persis novem augmenti neglecti exempla: v. 160. δόκουν. 278. κύρισσον. 281. πέσον. 344. τροποῦτο 384. παίοντ'. 426. κυκλοῦτο. 458. θάνον. 474. πῖπτον. 647. τάχυνα. E quibus ne unum quidem cave corrigendo depraves. De duobus prioribus supra jam breviter exposuimus. Infra de reliquis pauca adspergemus. Fusius de augmenti omissione disseruerunt: Seidlerus, Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 51 seq. p. 121. Epit. doctr. metr. p. 33. p. 59. Praef. ad B. Reisig. in Conj. Aristoph. I. p. 78 seq. et Elmsleius ad Eur. B. v. 1132 et ad Oed. C. p. 300. 323. 324. 325. Cf. praeterea Schneiderum De dial. p. 24. 25. — Post πέσον editionibus veteribus suffragantibus maximam interpunctionis notam adjecimus.

v. 282. „In MS. Reg. B. scholium: ὁ Μέταλλος Ἄραψ ἦν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν μέλαιναν ἵππον εἶχε.“ Ita Brunckius. Ex quo scholio sequitur, Chryseum esse nomen proprium, sc. secundum Scholiastae opinionem. At

quominus v. 282 et 283 aeque ad Chryseum atque ad Matallum trahantur, officiunt et loci sensus et grammatice. Atqui jam Pauwius, Χρυσεὺς nomen esse gentilitium, vere monuit. Urbs Chryse exstat in India, de qua vide Steph. Byz. et in Troade, de qua conf. Hom. Il. I, 37. 100. 390. 431. 451. In Schol. B. perverse leguntur: Χρυσεὺς] Ὄνομα. Μάταλλος] Ἐπίθετον· cum ita scribi debeat: Χρυσεὺς] Ἐπίθετον. Μάταλλος] Ὄνομα. Quare quod comma Brunckius et Schuetzius posuerunt, exstingui debet. Nobiscum faciunt Blomfieldius et Porsonus.

v. 285. „Post hunc versum forsan plena distinctio tollenda sit et in v. 287 post γῆς interponenda; deinceps autem legendum, ἐκεῖ κατέφθιτο Ἄμηστρις, Ἀμφιστρεύς τε κ. τ. λ." Hactenus Blomfieldius, cuius mutationem valde improbamus. Nempe vivida illa de morte Matalli narratio ita singula persequitur, ut vix cogitari possit, plures duces eodem modo mortuos esse.

v. 286. Ἄραθος cod. B. debetur, quam vocem immerito adoptarunt Brunckius, Schuetzius et Botheus. Ἄραβος optima codicum, Schol. A. et editorum auctoritate commendatur. Schol. A. observat: Μάγος ἐθνικόν, Ἄραβος κύριον. In Ox. Ald. et Rob. Ἄῤῥαβος reperitur, quod unde natum sit, facile est intellectu. — Μᾶγος nomen gentilitium esse e Schol. A. patet. Conf. Steph. de Urb. v. Μαγία et Herod. I, 101. Magi nempe sunt Medorum gens. — Blomfieldius sine causa gentilitium Βάκτριος sollicitat, cuius in locum Κάσπιος vel Βούδιος substituere velit. Plures enim duces ex clarissima Bactrianorum gente esse poterant.

v. 288. Nescimus quid Brunckium, Schuetzium, Porsonum, Blomfieldium et Botheum moverit, Ἄμηστρις ut scriberent, quod nomen nullo in codice, nulla in editione antiqua occurrit. Editiones ante Brunckium omnes produnt Ἄμιστρις, idem Schol. B. codices Regii A. B. Ox. Cant. 1. et quod suspicamur omnes, quos reticet Butlerus. Ἀμίστρης occurrit in Guelf. et L. quae altera nominis forma contorte iterata est ex v. 22.

v. 289. De iis quae Porsonus in Suppl. ad praef. ad Eurip. Hec. p. 38 contra h. v. monuit, praeclare jam judicat Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 116. et Epit. doctr. metr. p. 57. Addendum est, Schol. A. explicatio-

nem: πατρὶς γὰρ αἱ Σάρδεις αὐτῷ, iniuria a Porsono repudiari. Minime enim locus noster v. 39 repugnat.

v. 290. In Med. B. et paucis aliis codd., quod nobis verisimile est (nam cum Stanleio qui conspirant codices, silentio praeteriit Butlerus), exstat Σεισάμης, quam formam genuinam esse censuimus. Nam ceterae lectiones facile ex legitima scriptura corruptae sunt. Quod in Ox. v. I. B. et v. I. Turn. invenitur Σεισάρμης, cum metro repugnet, ρ deleto optime ei convenit. Idem valet de Σεισάρκης quod in editis omnibus reperitur. Neque silentio premendum est, pronuntiationem Reuchlinianam aevo quod dicunt medio dominatam esse. Ex quo intelligitur, Σισάρμης et Σισάρκης aliorum librorum lectiones ab allatis minime abhorrere. Unde etiam apparet, quomodo ortae sint scripturae: Σησάμης et Σισάμης. Errori calami debemus Σιράμης, quod Cant. 1. et Schol. B. continent. Etiam H. Steph. Σεισάμης conservavit. Videas autem Sesamen, quem cave confundas cum Sisame, id quod accidit Brunckio, v. 918 occurrere. Neque vero, si quis ex veterum librariorum confusione depravationem loci nostri enuclare velit, repugnabimus.

v. 295. Ἔπαρχος in duobus tantum codd. invenitur. In Reg. L. ἀρχὸς legitur. At ceteri codices cum edd. vett. et Schol. B. ἄπαρχος praebent, quod praetulimus. Annotat Schol. B. haec: ἄπαρχος] ἐξαίρετος· ἀπὸ τοῦ ἀπαρχὴ γίνεσθαι. Quae cum aperte mutilata sint, ita correxerimus: ἐξ. ἀπὸ τοῦ ἀπάρχειν γίνεται. Verbum ἀπάρχειν nihil est, nisi simplex ab quadam parte corroboratum ἄρχειν. Neque aliter ἄπαρχος differt ab ἀρχός.

v. 297. Ex Canteri correctione, qui locum recte elimavit, versum constituimus: τοιῶνδέ γ᾽ ἀρχῶν νῦν ὑπεμνήσθην πέρι. Ita non procul a libris optimae notae receditur, et aptus evadit sensus. Construas nempe: τοιῶνδέ γ᾽ ὑπεμνήσθην νῦν περὶ ἀρχῶν. Ἀρχὸς „princeps, dux" occurrit etiam in Agam. v. 123 et saepe in Homero. Quae vero Brunckius et Blomfieldius excogitarunt non ab una tantum parte displicent.

v. 298. De tribracho ὀλίγ᾽ ἀπ. consule praefationem. Eodem pertinet λιγέα κωκύματα v. 300.

v. 302. Ex Turn. recte receperunt Porson. Both. et Blomfield. πόσον τι. Nam δὲ particula adversativa h.

l. nulla ratione ferri potest. Quod enim edixit Hermannus ad Vig. p. 846. particulam *δὲ* in interrogationibus, praegresso verbo quo tolli videatur huius particulae necessitas (imo occasio vel, si venia verbo, possibilitas), poni solere, et sine argumento propositum est, et ratione caret. Certe quem praeter nostrum ibi Hermannus commemoravit locum, longe a nostro diversus est. Ibi enim quae praegrediuntur nullo modo cum *δὲ* connecti possunt, sed per se integram absolutamque constituunt enuntiationem. Itaque *δὲ* nulla ratione abesse posset. Sed ut ipsi judicent lectores, locum adscripsimus: Oed. Col. v. 1132:

καί τοι τί φωνῶ; πῶς δ᾽ ἂν ἄθλιος γεγὼς
θιγεῖν θελήσαιμ᾽ ἀνδρός, ᾧ τις οὐκ ἔνι
κηλὶς κακῶν ξύνοικος;

v. 304. Editores recentiores omnes *ξυνάψαι* subrogarunt, quippe qui ex grammaticorum veterum testimonio male intellecto pendent. Cf. quae de hac re disputavit Reisig. in Conject. p. 300. In editionibus veteribus *συνάψαι* exhibetur, quod reduximus, cum utra forma in codicibus sit nesciamus. Attamen in Stanl. *συνάψαι* invenitur. — De *ναΐοισιν* conf. notam ad v. 247.

v. 305. In vulgata loci constitutione:

Πλήθους μὲν ἂν σάφ᾽ ἴσθ᾽ ἕκατι, βαρβάρους
ναυσὶ κρατῆσαι

cum quoad sensum nil offendat, offendit tamen particulae *ἂν* collocatio. Nam ea particula quod ad apodosin scilicet ad verba *ναυσὶ κρατῆσαι* pertinet, in media protasi poni non potuit. Synchysi eiusmodi in senario abstinuerunt tragici. Nolis vero *ἂν* cum *πλήθους* connectere, cui conjunctioni, quoniam multitudinem cum Persicarum tum Graecarum navium bene cognitam se habere in sequentibus demonstrat nuntius, loci contextus et sensus repugnant. Praeterea pro *βαρβάρους* occurrit *βαρβάρων* non solum in Ald. et Rob. sed etiam in decem codicibus: Med. B. C. F. H. K. Vit. Mosqu. Ox. Guelf. Verum quidem genitivum nulla ratione in sensum quadrare, sed cum tantos habeat auctores, et quomodo in eum depravatus sit accusativus, non ita facile assequaris, maleque se habeat particula *ἂν*, maxima mente suspicio insidet, olim aliam plane exstitisse lecti-

onem. Quae cum ita sint, quin F. L. Aeschyli manum nobis tradant, non dubitandum:

Πλήθους μὲν ἦν, σάφ' ἴσθ', ἕκατι βαρβάρων
ναυσὶ κρατῆσαι.

Cuius scripturae hic est sensus: „Quod multitudinem attinet, bene scias, barbarorum erat, navibus victoriam reportare.“

v. 306. Scriptura librorum est *ναυσὶ κρατῆσαι*. Minime laudamus pruritum *ν* paragogici adspergendi, quandoquidem brevis syllaba finalis vocis in vocalem desinentis produci debet ante mutam cum *ρ*, quae alterius vocis sunt initiales. Neque tamen produci potest talis syllaba ante mutam cum qualibet liquida. Qua in re falluntur Schneiderus De dial. Soph. p. 57 seq. et Wellauerus ad Prom. 612. At Hermanni (De emend. rat. gr. gramm. p. 13 seq.) et Porsoni (ad Eurip. Orest. v. 64.) sententiam omnino quin improbemus, facere non possumus. Quippe si vera ea esset, quomodo se haberent tales versus, quales inveniuntur in Eur. Suppl. 148, ubi *ν* paragogicum addi nequit:

Ὁ δ' Οἰδίπου τίνι τρόπῳ Θήβας λιπών.

et in Med. 241:

ἢ πρὸς φίλων τίν', ἢ πρὸς ἥλικα τραπείς.

nam in illo *παῖς* post *Οἰδίπου*, in hoc *ἥλικας* merae sunt conjecturae, quas merito rejecit Matthiaeus. Ipse vero Matthiaeus iniuria Porsoni conjecturam amplexus est in Eurip. Or. v. 64:

παρθένον, ἐμῇ τε μητρὶ παρέδωκεν τρέφειν.

ubi libri omnes *παρέδωκε* offerunt. Plura eius usus exempla reperies ap. Seidlerum De vers. dochm. p. 21. Conf. quae dixit Pinzgerus de Eurip. Erechth. fr. v. 25 ad versionem Lycurgi cap. XXIV. Quatuor nova ex fabula nostra addamus exempla: 331 *πᾶσι προφωνεῖ.* 338. *ναυσὶ κρυφαίως.* 737. *νέα φρονεῖ.* 774. *ὄμμασι βροτῶν.* Neque minus releganda est opinio, ex qua critici aevi nostri eam litteram *ν* in versuum fine iis terminationibus, quibus convenit *ν* paragogicum, adjungere amant. Versum in vocalem brevem exire licitum est, neque semper in fine versuum pausam facere potes. Quare codicum auctoritatem infringere, atque *ν* illud praeter ne-

cessitatem ponere, parum decet. Aliter tamen sentit Hermannus De emend. rat. gr. gr. p. 22. et in Praef. ad Orph. p. IX.

v. 308. Schol. A: ἐκ τῶν τ' δέκα ἦσαν αἱ ἡγούμεναι, αἱ βελτίονες. Falsa nempe est Schuetzii sententia, Aeschylum CCCX naves numerare, sed δέκας cum τῶνδε et χωρὶς ἔκκριτος conjungere oportet, id quod verborum ordine demonstratur. Neque aliter ἔκκριτος in sensum bene quadrat. Trecentas tantum naves tradit Aeschylus classem Graecam amplexam esse. Aeque ac Schuetzius erravit Stanleius, quippe qui mille ducentas et septem naves Persicas computat, merito jam refutatus a Blomfieldio in Gloss. v. 348.

Ναῶν ex vett. editionibus et, quod ex Butleri collegimus silentio, plurimis codd. cum Pors. reduximus. Formam νεῶν scilicet magis Atticam, ubi non repugnabat metrum, saepe dissentientibus libris introducere ausi sunt editores. Differre tragicam ad epicae exemplar conformatam dialectum ab pura illa Attica nondum satis perceperunt animo viri docti.

v. 311. De anapaesto huius versus ἑκατὸν conf. quae exponit Herm. in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XLII. — De προγόνων in v. 373 vide Herm. l. c. p. XLI.

v. 312. Legendum censuimus cum optimis et paene omnibus libris:

Μή σοι δοκοῦμεν τῇδε λειφθῆναι μάχῃ;

Quae scriptura est etiam utriusque Scholiastae. At pro δοκοῦμεν Heathius, Brunckius, Schuetzius et Botheus ex Guelf. δοκῶμεν sumserunt. Immerito profecto. Neque minus interrogationis signum, quod in Vict. et Turn. reperimus, in colon mutarunt. Miramur autem quam maxime, quod Heathius, ut conjunctivo favorem conciliaret, dixit: „ex sequente ἀλλὰ manifestum esse, τὸ μὴ h. l. non interrogative sed negative poni.“ Quo quid absurdius vix excogitari potest. Contra Blomfieldii annotatio est egregia: „δοκῶμεν Brunck. Schutz. sine interrogatione, quam non agnoscunt editiones (hic est error), sed quae in huiusmodi formulis semper adhiberi debet. Plato Rep. IV (imo V) p. 486 μή που δοκοῦμέν σοι οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι; sic enim legendum

(pro *που* exhibet *πῃ* Bekkeriana). Noster Prometh. 995 (959) *μή τι σοὶ δοκῶ Ταρβεῖν ὑποπτήσσειν τε τοὺς νέους θεούς;* 255 (247.) *Μή που τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;* Vid. ad Theb. 193. Hermann. ad Viger. p. 777 (imo 778. 479). Sophocl. Trach. 316. *μή που τύραννος Εὐρύτου σπορά τις ἦν;* ut emendavit Erfurdtius." Hermannus versum ex Trach. accitum ita elimat: *μὴ τῶν τυράννων; Εὐρύτου σπορά τις ἦν.* Sed versus sic restitutus aeque bonum ad causam nostram tuendam praebet exemplum. Insuper sublimitate et nervis librorum scriptura lectione Guelferbytana pollentior est.

v. 316. Propter particulam *ἆρα* hunc versum Atossae tribuendum esse, suspicatus est Schuetzius. Blomfieldius in textu ipso Atossae eum assignavit. Cuius mutationis nulla adest librorum auctoritas praeter Robortellianam. Omnis etiam vis huius loci perire videtur, si personarum distributionem tollas, quod non animadvertisse editores miramur. Atqui nec Schuetzius nec Blomfieldius de correctione cogitassent, si *ἆρα* non solum interrogativam sed etiam conclusivam esse particulam satis perspexissent. Cf. Dorvill. Vann. crit. p. 227. Valken. ad Phoeniss. v. 569. Herm. ad Vig. p. 823 et ad Aristoph. Nub. v. 142. Quod in codicibus multis et editionibus omnibus scriptum legitur: *ἄρ᾽*, librariorum incuriae ignoscamus. Utrum *ἔστ᾽* an *ἔτ᾽* praeferendum sit, dubium esse nequit. Tantum enim abest, ut utrumque aeque bene dicatur, ut *ἔστ᾽* iteratum vis et nervi orationis Aeschyleae quasi efflagitent. *Ἔστ᾽* recte praelatum est ab acutissimo tragicae dictionis judice F. Passovio in Mel. crit. in Aesch. Pers. p. 18. qui idem optime oraculum Delphicum ap. Herod. VII. 140. 143. aliosque cum hoc Aeschyli versu comparat. Absque dubio *ἔτ᾽* ex offensione repetiti *ἐστὶ* natum est.

v. 319. Huius versus hyperbaton ex Atossae animo commoto bene commendatur. Simile est illud in Eur. Cycl. 118. *σπείρουσιν, ἢ τῷ ζῶσι, Δήμητρος στάχυν;*

v. 321. Ad illustrandam pugnae Salaminiae descriptionem, quam profert nuntius, Schol. A. notam adspergere liceat integram: *Βουληθέντων τῶν Ἑλλήνων, ἤτοι τῶν Λακεδαιμονίων τῶν τοῖς Ἀθηναίοις συμμαχούντων ἀπελθεῖν πρὸς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα διὰ τὸ μὴ παραδοθῆναι ταύτην τῷ Ξέρξῃ, τῶν αὐτῆς ἀνδρῶν οὖσαν ἄμοιρον, Θεμιστο-*

κλῆς Σίκινον τὸν παιδαγωγὸν ἔπεμψε πρὸς τὸν Ξέρξην, λέγων ὅλως τὰ περὶ αὐτοῦ φρονεῖν καὶ φροντίζειν εὐκαιρίας, πῶς αὐτῷ τὰς Ἀθήνας προδώσει· εἶθ' οὕτως εἰπεῖν τὸν Σίκινον πρὸς αὐτὸν ὡς μέλλουσι φυγεῖν οἱ Ἕλληνες· τοῦτο δὲ ἐποίησεν ἵνα ἐν ἀπογνώσει μάχοιντο οἱ Ἕλληνες· τοῦτο γοῦν ὁ Ξέρξης ἀκούσας, πρὸς τὰς διεξόδους τῶν Λακεδαιμονίων πεπομφὼς νῆας, τὴν ἔξοδον αὐτῶν ὑπέφραξεν. Οὗτοι δὲ μὴ ἔχοντες ὅποι τράποιντο, στάντες γενναίως, τὸν μὲν Ξέρξου στόλον ἠφάνισαν ἅπαντα, εἶθ' οὕτως καὶ πρὸς τοὺς τάττοντας ἐκείνους ἐλθόντες ἐκεῖσε τούτους ἀπέκτειναν.

v. 326. Futura μενοῖεν et ἐκσωσοίατο (v. 328.) quae ex Monkii conjectura subrogavit Blomfieldius, vulgaris grammatices praeceptis accommodata quidem, non tamen necessaria sunt. Quin vulgatae lectissimae sunt scripturae, quoniam praesentis et aoristi optativus, quippe qui ex praecedente futuro pendet, praesens quod in futuro positum cogitatur tempus innuit. Quae res ut omnino comprobatur indole ac ratione linguae graecae, ita demonstratione exemplis confirmata non eget.

v. 327. Ex septem codd.: Med. L. Cant. 2. Vit. Ven. 1. 2. Guelf. ναῶν reduximus, quae forma ab imperitis saepissime obscurata est, et adhuc obscuratur. Editt. vett. et ceteri codd. νεῶν praebent.

Verbum ἐπανθρώσκειν deest in lexicis nostris. Dignum vero putamus quod addatur, quoniam codd. Med. Cant. 1. 2. Vit. Mosq. B. C. L. edit. Rob. ἐπανθορόντες, cod. Lambeth. ἐπανθορῶντες produnt. Quid plura? Schol. B. ἐπανθοροῦντες explicat ἀναπηδῶντες. Allatorum codicum scripturam ἐπανθορόντες revocavimus.

v. 330. Voces τὸν θεῶν φθόνον notant „divinam invidiam"; τῶν θεῶν φθόνον „deorum (qui anteà jam allati sunt, sive omnium sive quorundam) invidiam." Cum vero de divina invidia, non de deorum supra commemoratorum moneat nuntius, quoniam non ad v. 315 h. l. respicitur, sed potius ad fraudem Graeci viri, nolis codicis L. et Schol. B. lectionem pro sincera habere.

v. 331. Πᾶσι προφωνεῖ. Cf. notam ad v. 306.

v. 332. Qui scripserunt φλόγα pro χθόνα non inepte fecerunt. Nam φλέγειν φλόγα Graeci eleganter dicunt pro φλέγειν simplici. Tamen χθόνα Aeschylus scri-

psisse videtur. Alterum enim h. l. nimis quaesitum est.

v. 334. „τάξαι νεῶν μὲν στῖφος ἐν στ. τ. Brunckius, Schuetz. 1. 3. Sed non viderunt oppositionem esse inter νεῶν στίφος μὲν et ἄλλας δέ. Itaque cave particulam istam loco moveas.“ Ita Butlerus cuius in sententiam discessimus, quandoquidem codd. et edd. vett. eam approbant. At στῖφος non στίφος scribendum esse ex v. 21. patet.

Qui inter Aeschylei textus monumenta primas tenent cod. Med. et Schol. B. cum A. B. et Cant. 2. στοίχοις praebent, quam lectionem restituendam existimavimus. Vident etiam omnes, quam facile στοίχοις corruptum sit in στίχοις, scilicet pronuntiatione Reuchliniana. In v. 398. στοιχηγορoίην cum v. l. στιχηγορoίην.

v. 338. De ναυσὶ κρυφαίως vide notam ad v. 306.

v. 340. Cod. Guelf. Schol. A. et edd. vett. exhibent τοὔαυτ᾽, quod an praeferendum sit vulgatae ne dubites. Totus versus 340 ita comparatus est, quo ad superbum Xerxis imperium crudelemque poenam, quam navium praefectis minatur rex, respiciatur. Quo pacto τοσαῦτ᾽ enuntiationis gravitati magis convenit quam altera lectio.

Ἔλεξε κάρθ᾽ ὑπ᾽ ἐκθύμου φρενὸς non significat, ut Schuetzius vertit: „edixit animo valde feroci atque fidente“, sed „edixit animo valde insano.“ Quae cum nimis arroganter de rege a nuntio prolata essent, iure putamus, alteram lectionem ὑπερθύμου φρενὸς codicum Guelf. Ox. C. G. L. Mosq. (A. ὑπὲρ θύμου) et editionum Rob. v. l. Turn. a nobis antepositam esse. Vertas: „Tanta edixit valde insuperbientis animi.“

v. 343. Post δεῖπνον inseruit τ᾽ Brunckius probante Porsono ad Aristoph. Av. 705 (p. 418 in Supp. Dindorfianis ad Comm. in Aristoph.) ubi huius a librariis ita negligenter omissae particulae plura vide exempla. De neglecta ea particula conf. praeterea Elmsl. ad Med. p. 89. 144. 245. 271. ed. Lips. et Herm. Cens. Med. Elmsl. p. 345. 346 ed. Lips. Quare ingeniosa Blomfieldii suspicione, θοίνας ab Aeschylo scriptum esse existimantis, quod glossemate δεῖπνον fuerit expulsum, non opus est. Conf. etiam varietatem lectionis.

v. 344.

v. 344. In antiquiore tragoedia vitatum videri eum in primo pede anapaestum, qui ex augmenti accessione exsisteret, docuit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 121. et in Epit. doctr. metr. p. 58. Ipse quidem Hermannus eam regulam retexuit in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XLIV. seqq. hoc tamen loco vulgatam retineri vult l. c. p. XLVI. Atque nos quidem istam de anapaesto propositam regulam etsi non pluris pendimus, aliis profecto atque Hermannus rationibus commoti augmentum h. l. non esse addendum contendimus. Nempe quod libri adjectioni obsistunt. Scimus quidem editores recentiores paene omnes tantae non esse religionis, conf. tamen quae ad v. 281. disputavimus.

v. 346. Stanleius adspersit: „Reprehendit Euripidem Aristoteles hac phrasi usum, ac si minus esset decora; Rhetor. III. 2. *Τὸ δέ*, inquit, *ὡς ὁ Τήλεφος Εὐριπίδου φησί, κώπας ἀνάσσειν, καὶ ἀποβὰς εἰς Μυσίαν, ἀπρεπές, ὅτι μεῖζον τὸ ἀνάσσειν ἢ κατ' ἀξίαν.*" Attamen Schol. B. *κώπης ἄναξ*] *ἤτοι κωπηλάτης* i. e. „remex"; Schol. A. *ὅπλων ἐπιστατής*] *ἐπιστήμων* „armorum peritus, miles" interpretantur. *Ἄναξ* est, qui curam alicuius rei gerit. Inde *ναῶν ἄνακτες* v. 351. sunt gubernatores. Confer quae disseruit Abreschius ad h. l. quibus *ἀπρεπείας* accusatio tollitur.

v. 347. Pro *δ'* cum sensus tum librorum testimonium *θ'* commendat. Constructio est: *πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ πᾶς θ' ὅπλων ἐπιστάτης ἐς ναῦν ἐχώρει.*

v. 350. Neque cum Schuetzio *διάπλοον* explicandum: „navigando sine remissione intentum", neque cum Blomfieldio in Gloss. scribendum: *δὴ εἰς διάπλοον.* Vocum *διάπλοον καθίστασαν λεὼν* sensus est: „huc illuc disposuerunt nauticum populum."

v. 351. Brunckio debemus *νεῶν*, in libris est *ναῶν.* Vide notas ad v. 308. 327. Reduximus *ναῶν.*

v. 354. *Ἡμέρα* littera maiuscula excudi curavimus, cum Deam esse intelligendam e praecedente *λευκόπωλος* eluceat. Ea est Aurora, cui equos candidos Homerus jam tribuit. Od. XXIII. 243:

Ἠῶ δ' αὖτε
ῥύσατ' ἐπ' Ὠκεανῷ χρυσόθρονον, οὐδ' ἔα ἵππους

ζεύγνυσθ' ὠκύποδας, φάος ἀνθρώποισι φέροντας,
Λάμπον καὶ Φαέθονθ', οἵτ' Ἠῶ πῶλοι ἄγουσιν.

Cf. praeterea Stanl. et Blomf. ad h. l.

v. 356. Inaudita est connexio ἠχοῖ μολπηδὸν εὐφημεῖν, quia nullus Graecus εὐφημεῖν τινὶ pro „acclamare alicui" usus est. Nam apud Eurip. Iph. T. 403: ναῦται δ' ἐπευφήμησαν εὐχαῖσιν κόμης παιᾶνα, quoniam dativus hic est adverbialis, alio sensu dicuntur. Fugit praeterea criticos verbo ἀντηλάλαξε Piersoni conjecturam necessariam non reddi. Namque id aeque bene ad κέλαδος retrahitur. Itaque cum plurimis et optimis libris ἠχῇ reduximus. Sensus est: „alte strepitus apud Graecos etc."

v. 357. Brunckio debetur ηὐφήμησεν, in libris invenis εὐφήμησεν, quod textui reddidimus. Verborum a diphthongo εὐ incipientium augmentum negligere licuit tragicis. Cf. Schneid. De dial. Soph. p. 10. 11. Blomf. ad Prometh. 463. Praef. ad Theb. p. 12.

v. 360. Verba ὡς φυγῇ παιᾶν' ἐφύμνουν pro corruptis habenda esse, quod nullus adhuc interpres animadvertit, miramur. Primo ὡς ad sensum loci minime quadrare videtur. Persae nempe decepti erant, quoniam Graeci non, sicut illi crediderant Sicino, evadere clam conabantur, neque classe hostium adspecta terga dabant, quod sperabant Persae, sed ut manus consererent se parabant. Qua re nihil aliud dicere potest nuntius nisi hoc: Neque enim in fugam se reverterunt Graeci, sed in pugnam proruperunt. Quibus verbis vix accommodari possunt, quae in textu leguntur: „Neque enim quasi ad fugam se revertentes paeana canebant etc." Graecos nempe classe hostium adspecta terga daturos sperabant Persae, neque tamen, eos quasi fugae se daturos, existimarunt. Inde elucet, particula ὡς contextum turbari. Porro sequentia φυγῇ παιᾶν' ἐφύμνουν paulo durius, et haeremus an Graece, dicta sunt pro „ad fugam se revertentes paeana canebant." Quae cum ita sint, οὐ γὰρ ἐν φυγῇ π.'ἐφ. forsitan opineris nos propposituros. Proponeremus quod jam maluit Blomfieldius, nisi ἐν vocis φυγῇ gratia ab criticis antiquis insertum esse verisimillimum, nisi particulae ὡς summam omnes libri conciliarent auctoritatem. Imo non in ὡς

sed in φυγῇ insidet corruptela. Sinceram scripturam exhibet Robortelliana: οὐ γὰρ ὡς φυγεῖν παιᾶν' ἐφύμνουν κ. τ. λ. quam interpretamur: „neque ut fugerent paeana canebant.“ Nemo quidem, qui fugiturus est, paeana canere solet, ita ut ne sic quidem locus restauratus esse videatur. At recordemur nuntium illius diei Persis fatalis participem omnemque eius calamitatem expertum, cum singula momenta infortunii enumeret, ingenti fortunae adversae mole iterum obrui, qua re quominus aequo animo, quae perpessi sint Persae, referat impediatur. Nimirum quia acerbissima praeteritorum est memoria, cum acerbitate quadam et indignatione, quae ex doloris magnitudine ortae sunt, rerum male gestarum descriptionem tradit nuntius. Quae igitur breviter comprehendit, si fusius circumscribere volumus, haec sunt: „Metus vero omnibus barbaris incessit opinione deceptis. Nam Graecos fugituros esse crediderant, at videbant eos ad pugnam paratos, audiebantque eosdem paeana canere, quod profecto non erat fugientium, sed fortissimo animo in pugnam irruentium. Paeanis strepitus temerariam Persarum spem acerrime castigavit.“ Attamen quae exposuimus Graece multo nervosius dicta esse non abnuimus.

v. 363. „Locum misere depravat Schutz. dum corrigit πάντα θῖν'. Nimirum πάντ' ἐκεῖνα elegantissime dicitur de omnibus Graecorum copiis.“ Butlerus. — Πάντ' ἐκεῖνα Wunderlichius Obs. p. 157. χωρία intelligit, comparans Hom. Od. IV, 90.

> ἕως ἐγὼ περὶ κεῖνα πολὺν βίοτον συναγείρων
> ἠλώμην.

Ibid. v. 81. πόλλ' ἐπαληθείς, et Ovid. Her. XII, 28. „Omne tenet.“ Quibus locis ἐκεῖνα ad loca referri posse, id quod nemo adhuc addubitavit, evincitur, h. l. ad regionem, qua de imperio dimicaturi erant Persae Graecique, referri non evincitur. Sed ne cum Butlero quidem facimus. Πάντ' ἐκεῖνα accipimus de clamoribus et de omni pugnae apparatu tumultuque, cuius strepitum auxit i. e. ἐπέφλεγεν (cf. Brunck. ad h. l. et Heyne. ad Virg. Aen. X, 895.) tubarum clangor. Schol. A.: τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐξέκαιεν καὶ ἀνήγειρεν ἡ σάλπιγξ. — Botheus πάντα καίν' scripsit, quod verbo memorasse sufficit.

v. 364. Codices nonnulli cum edd. Ald. Turn.

Vict. ἐπεὶ δὲ exhibent, quod, quamquam δὲ in apodosi repetitur, bene se habet. Conf. Herm. ad Vig. p. 785. 845. Osann. ad Lycurg. p. 136. Buttmann. ad Demosth. Mid. Excurs. XII. p. 147. Schoemann. Diss. de sortitione judd. ap. Athen. p. 18. Sensus est: „Postquam vero junctis remorum percussionibus fremebundam maris undam secundum celeusma verberassent, celeriter omnes in conspectum venerunt." Haec adspersimus, ut demonstraremus Porsoni emendatione ἔπειτα supersedere posse Aeschylum. Verumtamen poetico sermoni magis convenit codicum longe plurimorum lectio: εὐθὺς δέ. Gravius cum Blomfieldio post κελεύσματος interpunximus. Conjunctio quidem logica, et quae ex prosae legibus orationis desideratur, deest sane, quae res tamen poetarum pauloque sublimiori utentium sermone propria est. Inde ἐπεὶ δὲ grammaticis deberi apertum est.

v. 365. Ἔπαισαν ἅλμην. Hoc versus initium hinc sumsit Eurip. Iph. T. 1391. Omnino autem illa apud Euripidem narratio de Sympleiadibus navi superatis multa cum hac nostra similia habet. Namque plura ex Aeschylo et Sophocle mutuatum esse Euripidem satis notum. In Alc. v. 154 — 196. imitatus est locum Trach. v. 896 — 942.

v. 367. In codd. sat multis occurrit εὐτάκτως quod cum Blomfieldio restituendum esse censuimus. Constructio εὐτάκτως ἡγεῖσθαι κόσμῳ „apto praeire ordine" nihil habet, quod eum, qui Graecae linguae leges callet, offendat. Imo elegantia constructionis male intellecta mutationis causa fuisse videtur. Etiam Schol. A. εὐτάκτως legisse verisimile est, dum verba fecit: τὸ δεξιὸν κέρας καὶ μέρος τὸ τοῦ Θεμιστοκλέως μετ' εὐταξίας προηγεμόνευε κ. τ. λ.

v. 370. παῖδες Ἑλλήνων dictum est περιφραστικῶς pro Ἕλληνες. Praeierat Homerus: υἷες Ἀχαιῶν. Conf. Blomf. ad h. l.

v. 372. Schol. B. ἕδη recte explicat τὰ ἀγάλματα. Non enim dubitari potest, quin hac voce statuas Deorum insignire soliti fuerint Graeci, licet id neget Hermannus ad Soph. El. 1366. Vide Dionys. Ant. Rom. I, 47. Tom. I. p. 194, 4. Reisk. Αἰνείας παραλαβὼν — τὰ

ἕδη τῶν θεῶν διαπλεῖ τὸν Ἑλλήσποντον. Templis naves Aeneae oneratas fuisse vix crediderimus. In Lycurg. c. Leocr. 1. leguntur: *εἰ μὲν εἰσήγγελκα Λεωκράτη δικαίως καὶ κρίνω τὸν προδόντα αὐτῶν* (sc. *θεῶν*) *καὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη καὶ τὰ τεμένη καὶ τὰς ἐν τοῖς νόμοις θυσίας κ. τ. λ.* Qua ratione interpretemur *τοὺς νεὼς καὶ τὰ ἕδη* nisi „templa et statuas"? Cf. Pinzgerum ad l. c. Praeclarum denique est hoc exemplum. Pausan. VIII, cap. 46. initio: *Τῆς δὲ Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα — ἔλαβεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς Αὔγουστος κ. τ. λ.* Ad quae verba respiciunt haec: *Φαίνεται δὲ οὐκ ἄρξας ὁ Αὔγουστος ἀναθήματα καὶ ἕδη θεῶν ἀπάγεσθαι παρὰ τῶν κρατηθέντων κ. τ. λ.* In iis *ἀναθήματα* ad apri Calydonii dentes, *ἕδη* ad statuam Minervae referre debes. Conf. insuper Ruhnk. ad Tim. p. 93.

v. 373. Hermannus in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XLI. graviorem fore numerum existimat, si scriptum esset a poeta: *προγόνων τε θῆκαι*, quod licet verum sit, non tamen aliquid mutandi necessitudinem nobis imponit.

v. 376. De potestate vocum *χαλκήρη στόλον* audiendus est Schol. A. *Στόλος δὲ λέγεται τὸ ἔμβολον, παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι· στόλον γὰρ ἔλεγον τὰ ἀπωξυμμένα. Λέγει δὲ χαλκήρη τὸν χαλκῷ περιβεβλημένον.* Conf. praeterea Abreschium ad h. l.

v. 377. Utrius gentis, Atheniensiumne an Aeginetarum navis esset, qua conflictus inciperetur, apud Graecos ipsos statim post victoriam reportatam non constabat. Aeschylum eum honorem Atheniensibus popularibus tribuisse nobis persuadere studuit Stanleius, non idoneis tamen usus argumentis. Neque magis Scholiastis confidimus, quippe qui ea, quae Herodoto ad investigandam sui temporis historiam maxime curioso in incerto fuerant, vix explorata habere potuerunt. Annotarunt autem Aeschyli interpretes, A: *ἀρχὴν ἐποίησε τοῦ πρωτοῦ πολέμου ναῦς Ἀθηναική, ἤγουν ὁ Λυκομήδης ὁ Αἰσχραίου παῖς κ. τ. λ.* B. *Ἑλληνική*] *ἡ* (ita pro *ὁ*) *τοῦ Θεμιστοκλέους.* Ita ut de Aeginetarum virtute ne commoneant quidem Scholiastae. Verum multo probabilius est, consulto Aeschylum Graecam, non Atheniensem navim dixisse. Etenim noluit poeta praestantissimus, ab

omni partium studio alienus, alteri parti magis quam alteri favisse.

v. 379. Audacter Aeschylus ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος dixit, cum exspectaretur ἐπ' ἄλλην ἄλλη sc. ναῦς. Nimirum ad ἄλλος subintelligendum ex praegresso ναῦς vocabulum ναύαρχος. Sensum tantum, non grammaticam concinnitatem spectavit poeta. Quare non opus est, ut cum Blomfieldio scribatur ἐπ' ἄλλον, ἄλλος, quo facto ne bonus quidem exsistit sensus.

v. 380. Καὶ πρῶτα trium codd. lectio correctionem redolet, quoniam prosaica oratio conjunctionem requirit. At τὰ πρῶτα gravius et magis poetice dictum, optime in tali enuntiationis ratione positum est.

Οὖν pro δὴ in textu substitui debere ex librorum testimonio collegimus. Quae lectio facile in νῦν corrupta est, quod invenitur in Med. Cant. 2.

v. 381. Loci structuram nonnulli interpretum non satis recte ceperunt, obliti δὲ in apodosi poni posse post ὡς et similes particulas. Conf. quae ad v. 364. disputavimus. Protasis porrigitur ad ἤθροιστο usque; inde apodosis incipit. Post στόλον vero plene interpungendum. — Παίοντ' ἔθραυον est asyndeton illius in v. 281. simile. De asyndetis monet Hermannus in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XXXIV: „Solere autem tragicos et maxime Aeschylum in re gravi duo verba sine copula conjungere, non est quod moneam eos, quibus illi recte cogniti sunt.“ Ibidem vir doctus in loco nostro apodosin verbis αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν coepisse censet, quod quum verba αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν παίοντο et ἀρωγὴ δ' οὔτις παρῆν eandem rem nempe effectum τοῦ τὰς ναῦς ἐν στένῳ ἠθροισμένας εἶναι indicent, non apte dictum esse apparet.

v. 383. Plurium librorum lectio ὑπ' αὐτῶν genuina est, in cuius locum ii, qui Graeca ex Latina consuetudine judicarunt, ὑφ' αὐτῶν posuerunt. Quod non est necessarium, quum αὐτὸς i. e. „ipse“ hoc loco sufficiat. Neque in dubitationem vocari potest, utrum legerit Schol. A.: αὐτοὶ δὲ οἱ Πέρσαι ὑπ' αὐτῶν ἐτύπτοντο ταῖς συγκρούσεσι καὶ προσαράξεσι τῶν νεῶν κ. τ. λ.

Abreschii aliorumque errorem, qui ἐμβολοῖς in textum recipere ausi sunt, bene refellit iam Schuetzius ad h. l.

v. 384. De augmento omisso vide quae ad v. 281. diximus. Hermannus *παίοντ'* tuetur regula sua confisus. Cf. Praef. ad Eurip. Bacchas p. XXXIV. XXXV. et LV. Egregia autem est conjecturae Porsonianae rejectio: „Qui hic oblatum a Porsono *παισθέντ' ἔθραυον* arripiunt, cogitent velim, an id potius *παιόμενον* dici debuerit. Quod libri habent, aptam, gravem, masculam orationem praebet.“ Conf. praeterea Herm. Praef. ad Eurip. Hec. p. XXXII. et Elem. doctr. metr. p. 121.

v. 386. Editores recentiores Porsonus, Blomfieldius, Botheus *δὴ* Heathii emendatione merito sese abstinuerunt. Namque *δὲ* cum ab omnibus offertur monumentis, tum quod sensum attinet bene se habet. Inspicias Vig. p. 544. et Hermanni notam p. 847.

v. 388. *Ναυαγιῶν* saltem scribere debebat Schuetzius, si hunc genitivum a *ναυαγία* volebat derivare. Quod tamen non opus est. Nam *ναυάγια* sunt fractae navium tabulae.

v. 392. Thynnorum capturam accurate e vett. monumentis descripsit clariss. Boettiger. Amaltheae Vol. II. p. 302. seq., quae lecta multum lucis Aeschylo affundunt, et multo magis illustrationi huius loci inserviunt, quam quae Blomfieldius in Glossario congessit. — De forma *τοί*, quam injuria loco movit Blomfieldius, vide Schneiderum De dial. Soph. p. 25.

v. 393. In codd. Mosq. Vit. L. Cant. 2. et ed. Rob. *θραύμασί τ'*, in Med. et Guelf. *θραύμασίν τ'* invenitur. Ceteri libri cum Schol. ambobus vel *θραύσμασίν τ'* vel *θραύσμασί τ'* produnt. Inde utrum *θραύσμασίν τ'* an *θραύμασίν τ'* praeoptandum litigari posset, nisi nobis exploratum esset, antiquiores Graecos *σ* adhibuisse, recentiores omisisse in talibus vocibus. Similis est lectionis varietas in v. 365. ubi videas Blomfieldii notam, et v. 660.

v. 396. In hoc loco emendando et interpretando valde haesitavit Blomfieldius. „Hic versus, inquit, etsi tacent medici, morbo laborat. Quidnam post *ἀφείλετο* subaudiendum sit, minime video, nec magis video, quo pacto Noctis *oculus ἀφαιρεῖσθαί τι* dicatur. Mihi quidem non sine quadam veritatis specie corrigere videor *ἀφίκετο.*“ In Addendis autem in hanc sententiam deve-

nit. „Si lectio vulgata retinenda sit, post ἀφείλετο subaudias οἰμωγήν.“ Minime. Νυκτὸς ὄμμ' h. l. eleganter pro νὺξ dicitur. Sic Schol. A. ἕως κελαινῆς νυκτός] λείπει τὸ τὴν μάχην, ἵν' ᾖ οὕτως· ἕως τὸ ὄμμα τῆς μελαίνης καὶ σκοτεινῆς νυκτός, ἤτοι αὐτὴ ἡ νὺξ ἐπιγενομένη, ἔπαυσεν αὐτοὺς τῆς μάχης. Cf. Stanl. ad h. l. Quomodo autem id fieri possit, explicatione egere videtur. Scilicet ὄμμα pro luce poni inter omnes constat. Noctis lux igitur est ea lux, quam nox habet, i. e. nulla, unde fit ut νυκτὸς ὄμμα dicatur κατ' ἀντίφρασιν pro tenebris. Nam de luna hoc quidem loco cogitari non posse contextus docet. Ita quoque νυκτὸς ὄμμα apud Eurip. Iph. Taur. 110. occurrit, ubi vide Seidlerum. Luna autem est intelligenda ap. Eurip. Phoen. 546. quod recte animadvertit Erfurdt. ad Soph. Ant. 104. et ap. Aesch. S. adv. Th. 375. Potest etiam νυκτὸς ὄμμα pro salute quam attulit nox accipi. Similiter positum est ὄμμα φήμης in Soph. Trach. 203. 204. Nox scilicet Graecos impedivit, quominus majori etiam Persas calamitate afficerent. Saluti ergo erat Persis nox non minori, quam Graecis in bello Trojano (vide Hom. Il. VIII, 487):

Τρωσὶν μέν ῥ' ἀέκουσιν ἔδυ φάος· αὐτὰρ Ἀχαιοῖς
ἀσπασίη, τρίλλιστος, ἐπήλυθε νὺξ ἐρεβεννή.

Quam in notionem egregie quadrat verbum ἀφείλετο, ad quod suppleas ταῦτα i. e. Persarum cladem a nuntio Atossae senibusque delatam. Schol. B. ἀφείλετο] τὸν πόλεμον. Vertas igitur: „Donec tenebrae salutares finirent sc. huius diei infortunium.“ Itaque νυκτὸς ὄμμα ἀφαιρεῖσθαί τι bene dicitur. Neque οἰμωγὴν post ἀφείλετο animo supplendum, quoniam eo vocabulo subaudito sensus a quadam parte claudicat. Cur enim lamentationis finem facere debet nox? Numquid per noctem ululatus tolli nequit? Si singula vox repetenda esset, πελαγίαν ἅλα melius repeteretur.

v. 399. De adverbii μηδαμὰ apud tragicos usu consule Hermannum ad Soph. Trach. 322. Occurrit οὐδαμὰ et μηδαμὰ non in melicis solum, sed etiam in diverbiis aliquoties. Quare non dubitandum, quin bene haberet h. l. μηδάμ', si plures ac duo libri A. et v. L. B. adverbium exhiberent. At vulgata, quam restituimus, omnium edd. omniumque duobus exceptis codicum lectio est.

v. 401. Vertas: „Magnum mare malorum prorupit in Persas.“ In libris aliquot ἔῤῥωται legitur, quod correctori deberi putamus, qui audacia metaphorae illius ἔῤῥωγεν offendebatur.

v. 402. Quod h. l. multo aptius est, βαρβάρῳ γένει ex duobus codd. reduximus. Similiter v. 484: Περσικῷ γένει. Cf. Herm. ad Eurip. B. init.

v. 403. Cum Butlero, Blomfieldio, Botheo et Elmsleio ad nonnullorum codd. auctoritatem legimus: εὖ νῦν τόδ' ἴσθι μηδέπω μεσοῦν κακόν, commate tamen post ἴσθι reciso. Talia enim, quae una quasi cogitationis serie complexi sunt Graeci, ne ita disseces nostra interpunctione. Sed νῦν paulo liberiore structura positum ad infinitivum μεσοῦν est referendum. Quoniam νῦν particulae non exiguum sententiae pondus inest, in primam periodum poeta eam protraxit. Quam construendi elegantiam imitari non possunt aliae linguae. Vertas ergo: „Bene hoc scias nondum dimidium esse malum.“ Consule Elmsleium ad Eurip. Medeam v. 59. et 580.

v. 404. Num ἐπ' αὐτοὺς an ἐπ' αὐτοῖς praeoptandum sit, librorum testimonium nisi susque deque habeamus, litigari nequit. Quomodo vero ἐπ' αὐτοῖς interpretemur, non statim manifestum est. Quod si adverbialiter accipiamus, notat „praeterea“, quae vox ad loci sensum bene accommodatur. Attamen ἐπ' αὐτοῖς melius ad Πέρσαις v. 402. retrahitur, ita ut significet „contra eos.“ Cui explicationi minime reluctatur verbum ἦλθε, quia verba motum notantia cum praepositione ἐπὶ et dativo non raro copulantur. Exempla eius usus in promtu sunt ex Homero, cuius sermonem lubenter affectarunt tragici. Videas Passovium in Lex. gr. et Jac. A. P. p. 468. 593. Sensus ergo est: „Talis eos oppugnavit fortuna adversa.“

v. 405. Scilicet quae nondum retuli mala, bis narrata gravitate aequant.

v. 407. 408. Isti versus in Aldina leguntur sic:

λέξον τίν' αὖ φῂς τὴν δὲ (emendes τήνδε) συμφορὰν στρατοῦ,
ἐλθεῖν κακῶν ῥέπουσαν ἐς τὰ μάσσανα.

quo pacto metrica pausa in versus fine congruit cum

finito periodi membro. *Ἐλθεῖν ῥέπουσαν* eleganter dictum est pro *ῥέψαι* more epicorum, qui similiter participium conjungunt cum infinitivo. At quae est vulgata loci constitutio, *στρατῷ ἐλθεῖν* quas voces sensus arctissime connectit ob hiatum turpissime conjunguntur. Imperiti tamen, qui id non curabant, et constructionem non perspiciebant, *στρατοῦ* in *στρατῷ* detorserunt.

v. 409. *Ἀκμαῖοι φύσιν* sunt *γενναῖοι*, quod docet Schol. B.

v. 410. Quamquam v. 156. *εὐπρεπεστάτα*, quod de mulieribus egregie dicitur, recepimus, tamen h. l. *ἐκπρεπεῖς* praetulimus, quod scilicet huic loco magis consentaneum est. Nam *ἐκπρεπής* „eximius, excelsus", *εὐπρεπής* „decorus, amoenus, pulcher" significat.

v. 411. Schol. A. *περιφράζει· εἰς πίστιν ἐν πρώτοις, ἤτοι πιστότατοι αὐτῷ ἦσαν.*

v. 412. Vulgatae lectionis sensus est: „Illi egregii et amplissimi viri mortui sunt miserabiliter, interitu maxime inglorio." At cum Persarum interitum *non* ita ignobilitas quam ignominia sit subsequuta, eaque ex ipsorum infortunio orta sit: *αἰσχρῶς* pro *οἰκτρῶς* et *δυστυχεστάτῳ* pro *δυσκλεεστάτῳ* ob majorem vocum concinnitatem, majorem sensus vigorem et testimoniorum amplitudinem reduximus. Quatuordecim codd. et plures edd. *αἰσχρῶς*, quinque codd. *δυστυχεστάτῳ* tuentur. Quod si *αἰσχρῶς* merito adoptavimus, *δυστυχεστάτῳ* etiam reducere debebamus. Ne vero quis eo, quod *αἰσχρῶς* et *δυστυχεστάπῳ μόρῳ* pene idem valeant, offendatur, monendum est Aeschyli esse copulationes, quibus enuntiationis gradatio efficiatur. Neque tamen silentio praetermittere possumus, cum *αἰσχρῶς δυστυχεστάτῳ* quemadmodum in *οἰκτρῶς δυσκλεεστάτῳ* depravatum sit nos lateat, atque etiam *πότμῳ* in duobus codd. pro *μόρῳ* inveniatur, cuius interpretamentum illud esse non videtur, hoc in loco duplicis recensionis vestigia exstare nobis videri.

v. 413. Non satis circumspecte scripsit Porsonus, *οἳ 'γὼ* cum ederet. Namque aut per synizesin pronuntiandum est quod scribitur *οἳ ἐγώ*, aut si vis crasin adhibere eamque litteris exprimere non in *οἳ 'γὼ* sed in *οὑγὼ* mutari debet *οἳ ἐγώ*. Nempe scribuntur: *σοὖστιν*,

μοὐδόκει, μοὐγκώμιον, οὑμοί, etc. aeque bene ac *μισοῦν, μισθοῦν, ἀκριβοῦν*, et quae sunt eiusdem generis. Cf. Buttmann. in Gr. gr. ampl. §. 29. ann. 4. p. 115. Quae contra disputavit Schneiderus (De dial. p. 45.) bene detersit Censor eius in Ephem. Hal. 1823. Nov. mense, accitis exemplis, quae ex inscriptionibus antiquis depromta sunt. Nam omnino ubi *ι* media est vocalis, in crasi ea negligitur, neque subscribitur. Adstipulantur etiam codicum et grammaticorum non exigua pars. Ceteri autem cum grammatici tum codicum conditores, qui alioquin *ι* subscriptum viderent, eiusque derelictionem non perspicerent, addiderunt vocalem. Tantum igitur absumus, ut eos criticos veteres, qui abjecerint *ι* mediam in crasi vocalem cum Schneidero vituperemus, ut illos qui *κᾆτι* pariter ac *κᾆτα* scriberent, quanti intersit soni diversitatem conservari ignorasse credamus. At hoc loco et v. 485. quoniam libri omnes *οἳ ἐγὼ* approbant, in synizesi acquiescimus. Eam bene defendit Schneiderus l. c. p. 36. Cum Porsono fecit Hermannus in Praef. ad Hec. p. 55.

v. 415. Schol. A. locum exposuit: *τὴν Ψυττάλειαν φησίν, ἥτις ἀπέχει τῆς Σαλαμῖνος ρε΄ σταδίους, ὅπου φυγόντες οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀπώλοντο.* Cf. Herod. VIII. 95.

v. 416. Schol. A. versum explicat: *φιλόχορον τὸν Πᾶνα τὸν θεὸν λέγει, τὸν αὐλητήν· ἐμβατεύειν δὲ ταύτην τὴν νῆσον τοῦτόν φησιν, ἢ ὡς ἱερᾶς Πανὸς οὔσης τῆς νήσου, ἢ ὡς ἐρήμου. Ἐρήμοις γὰρ τόποις οὗτος ὁ θεὸς ἐνδιατρίβειν εἰώθει.* — Et Schol. B. *Ναὸς δὲ ἦν αὐτοῦ ἐνταῦθα παρ' αἰγιαλῷ.* In Soph. Aj. 694. *Πὰν ἁλίπλαγκτε* occurrit, cuius epitheti vim et sensum bene exposuit Lobeckius ad l. c.

v. 418. *ὅταν νεῶν φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο.* Elmsleius in Edinb. Review. T. XVII. p. 236. scribere voluit *ὅτ' ἐκ*, quod recepit Blomfieldius. Nimirum offensi sunt particula *ὅταν* cum optativo posita, quae tamen bene habet. Vide Osann. ad Lycurg. p. 69.

v. 419. *φθαρέντες* non vertendum est cum Schuetzio et Abreschio „palati“, qua significatione omnino vox *φθείρεσθαι* non occurrit (cf. Erfurdt. ad Oed. R. 1489.), licet id contenderint et alii multi et Taylorus

ad Lycurg. c. Leocr. c. 11. p. 167. sq. ed. Reisk. p. 152. ed. A. G. Becker, sed potius „perditi" i. e. victi, et deluctatione cum mari confecti. Neque aliter Schol. A. locum explanat, cuius verba sunt: ἀντὶ τοῦ, μετὰ φθορᾶς καὶ βλάβης ἐκσωθῶσι καὶ ἐξέλθωσι πρὸς τὴν νῆσον κ. τ. λ. — Etiam Schol. B: φθαρέντες] ἡττηθέντες.

v. 420. Huius loci constructio: πέμπει, ὅπως — κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν, φίλους δ᾽ ὑπεκσώζοιεν neminem putamus offendere potest, qui sciat, in narrationibus tempora saepissime confundi cum a Graecis tum ab aliis populis. Nimirum πέμπει dictum est pro ἔπεμψε. Quare de emendatione loci non licet cogitare sobrio. Cf. Wunderlich. Observ. p. 140. At Blomfieldius legere malit: ὅπως — κτάνοιεν — φίλους δ᾽ ὑπεκσώσειαν.

v. 421. Vir doctus in Ephem. Jenens. 1820. Suppl. Vol. I. p. 229. et Wellauer. Comm. Aesch. p. 28. pro ἐναλίων ex omnibus fere codd. εἰναλίων legendum esse edixerunt. At ita vel anapaestum in quinto pede non tolerabilem, vel synizesin vocalis ι, quam ubi possunt, vitant tragici, nanciscimur. Quare ἐναλίων quod in tribus codd. Med. A. B. legitur, recte a Brunckio aliisque receptum est, etsi omnino forma εἰνάλιος non abjudicanda sit tragicis.

v. 422. κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. Ita Eurip. Med. 243: λέγουσι δ᾽ ἡμᾶς, ὡς ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν κατ᾽ οἴκους, οἱ δὲ μάρναντες δορί· κ α κ ῶ ς φ ρ ο ν ο ῦ ν τ ε ς. Heracl. 55. ἦ που καθῆσθαι τήνδ᾽ ἕδραν καλὴν δοκεῖς, πόλιν τ᾽ ἀφῖχθαι σύμμαχον, κ α κ ῶ ς φ ρ ο ν ῶ ν.

v. 423. ἔδωκε κῦδος. Hom. Il. VIII. 216. Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.

v. 426. κυκλοῦντο. Egregie ad hunc locum monet Hermannus in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XLVI, si ἐκυκλοῦντο scribatur, laedi numeri concinnitatem per hiatum, qui vel librariis videatur offensioni fuisse, quum aliqui eorum ἀμφὶ δ᾽ ἐκυκλοῦντο vel mutilo priore versu vel in augmentum terminato scripserint. Cf. praeterea Herm. Elem. doctr. metr. p. 121.

v. 428. Blomfieldius ex optimis monumentis πέτροισιν dedit, quod approbamus. Etenim πέτρα plerum-

que de rupe, πέτρος de lapide dici satis notum est. Idem vir praeclarus cum Porsono δ' in fine versus reduxit et recte quidem, quae nostra est sententia. Nam τ' nisi fallimur correctionis saporem praebet. — Praepositio ultimum versus locum tenens, quid excusationis habeat, vide ap. Lachmann. de Choric. syst. p. 21.

v. 429. In hoc loco vexando multus est Siebelis p. 115. At quod de acri sale, quo barbaros arcu decernentes perfricuisset poeta, protulit V. D. nihili habemus. Neque pluris sunt, quae cetera attulit argumenta. Verum quidem est, arma Atheniensium primaria hastas et clypeos fuisse, sed etiam sagittarii exercitui interfuerunt. Itaque nec locus noster certat cum v. 212. nec ὤλλυσαν immediative accipi potest, id quod nobis persuadere vult Siebelis. In libris est προσπέπτοντες quod Canterus et alii in προσπίτνοντες mutarunt. At nihili est ea mutatio. Cum praesentis participio opus sit, προσπιτνοῦντες correximus. Herm. qui ad Herc. fur. 1371. προσπιτνόντες utpote aoristum tuitus est, ipse sententiam mutavit in Censura Med. Elmsl. p. 341. Conf. notam ad v. 552.

v. 431. κρεοκοποῦσι ex Schol. A. cum Pors. et Blomf. recepimus. Vide Porsonum in Praef. ad Hec. p. IX. ed. Lips. „Nunquam κρεωδαισία, κρεωκοπεῖν, κρεωπώλης, κρεωστάθμη dicunt Attici, sed brevem semper vocalem adhibent. Et ne quis objiciat, editos libros hanc formam saepe migrare, sciat lector, nusquam haec aut similia verba apud Pollucem occurrere, quin in uno saltem MS. ο pro ω substituatur. Eurip. Cycl. 358. lege βρύχειν, (sic ibi Ald.) κρεοκοπεῖν μέλη ξένων.“

v. 433. Schuetzius vitiose ἀνῴμοξεν. Butlerus et Botheus propter neglectam caesuram corrigere voluerunt versum, ille ἀνῴμωξ' εἰσορῶν κακῶν βάθος, hic ἀνῴμωξ' εὖ κακῶν ὁρῶν βάθος scribendo; sed videant Hermannum in Elem. doctr. metr. p. 110. sq. et in Epit. doctr. metr. p. 56.

v. 434. Critici nostrates facilitate Hemsterhusianae emendationis decepti εὐαυγῆ amplexi sunt. At bene habet vulgata εὐαγῆ, si adjectivum ita interpretaris, ut jubet Schol. A. τὸ δὲ εὐαγῆ παντὸς στρατοῦ ἀντὶ τοῦ καθαράν, κεχωρισμένην, εὖ ἔχουσαν οἷον τὴν ἄποψιν, καὶ ἐπιτη-

ϱοῦσαν τὸν λεὼν ἅπαντα. Ἢ αὐγάζοντα καὶ ὁϱῶντα. Atque „sanctus, purus, praeclarus" notat εὐαγής, quia derivatur ab ἅγος. Inde v. c. πύϱγος εὐαγὴς est turris e longinquo conspicua. Confer Eurip. Suppl. 652. Idem valet ἕδϱα εὐαγής, quae cum ab ea longe lateque prospici possit, sedes est, e qua totum prospicis exercitum.

v. 435. „ὑψηλὸν ὄχθον explicationis causa vocabulo ἕδϱαν apponuntur, adeoque ἕδϱαν non *sellam* ipsam Xerxis, ut Stanleius existimat, sed generatim *sedem* notat." Hactenus Schuetzius. Verum tota phrasis ἕδϱαν παντὸς εὐαγῆ στϱατοῦ a vocibus ὑψηλὸν ὄχθον lucem adipiscitur. Atque ὑψηλὸν ὄχθον intellige esse τὸν Αἰγιάλεων, ὡς Ἡϱόδοτος φησίν. Ea verba sunt Scholiastae B.

v. 437. „παϱαγγείλας scil. τὴν φυγὴν quod e sequentibus anticipandum est." Schuetzius. Consentit Schol. A. ἄφαϱ καὶ εὐθέως παϱαγγείλας καὶ συμβουλευσάμενος δηλαδὴ τὸ φεύγειν.

v. 438. In omnibus paene libris et Schol. B. ἤϊξ' proditur. Piersonus vero ad Moerin p. 301. quoniam αἴσσω vel ἄσσω semper apud Atticos disyllabum sit, corrigendum opinatur ἔπτηξ' vel ἄπηξ'. Alii cum ab eius correctione merito abhorrerent, nec vero vulgatam comprobarent, ad alteram lectionem ἵησ', quam in ἵησ' refinxerunt, confugerunt. Quod fecere Brunckius et Blomfieldius. Butlerus aut ἵησ' aut Piersoni conjecturam receptam vult. At non viderunt editores, quoniam tragici in narrationibus praecipue sermonem ad epicorum normam conformare soliti sunt, ἤϊξ' omnino retinendum esse. Quare recte Schuetzius et Porsonus, quem vide etiam ad Hec. 31. vulgatam amplexi sunt, recte ἀΐσσειν defendit Seidlerus De vers. dochm. p. 20. et ad Eurip. Tro. 157. Contra si ἵησ' legas, sensus pessumdatur loci. Recepto enim ἵησ' verba ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ ad exercitum trahi debent, cum potius ad Xerxem sint referenda. Neque dubites ἵησ' errori calami originem debere. Scilicet correctio est ex ἵηξ', quod per pronuntiationem Reuchlinianam ex ἤϊξ' corruptum esse patet.

v. 440. Rariorem vocativi formam δαίμων, quae in Schol. A. duobusque codd. occurrit, revocandam esse censuimus.

v. 441. „Stanleius τιμωϱίαν *ultionem*, passive acci-

pere videtur, quasi Atossa dicat, Xerxem Athenarum causa in gravissimam poenam incurrisse, quippe quas incenderit, et civium quoque supplicum stragem fecerit. Herodot. VIII. 53. Nobis vero aptius videtur, *πικρὰν τιμωρίαν εὗρε* de acerbo exitu ultionis, quam Xerxes de Athenis ob cladem Marathoniam sumere decreverat, accipi. Nam paulo post Atossa haec subjungit: *ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν — τ. π. π. ἐπέσπασε;* quorum scil. apud Marathonem caesorum cladem cum filius meus se vindicaturum speraret, tantam calamitatum molem sibi attraxit.“ Schuetzius.

v. 445. Elegantius dictum est, quod in tribus codd. invenitur *τοσῶνδε* quam *τοσόνδε*. Quapropter praestantiorem elegimus scripturam.

v. 447. *ποῦ τάσδ' ἔλειπες* quum in nonnullis codd. et edd. corruptum sit in *ποῦ τάσδ' ἔλιπες*, Brunckius praeter necessitatem *ποῦ τάσδε γ' ἔλιπες* scripsit. Sed amat Brunckius *γε* particulam interlinere. Nos quidem imperfectum, quod grammatices tuentur rationes, cum Blomfieldio retinuimus.

v. 448. Blomfieldius *νεῶν* scripsit, quam formam ubicunque per metrum licuit, reponendam (vel potius intrudendam) judicavit, utpote magis Atticam. At conf. notas ad v. 308. 327. 351. Porro cum Doricam quam dicunt formam v. 425. efficiatur Aeschylum usurpasse, cur non omnibus locis, quibus *ναῶν* exhibent libri vel omnes vel optimae notae, eum genitivum retineamus, plane non capimus.

Ναῶν δὲ ex edd. praeter Rob. omnibus, codd. omnibus, et Schol. utroque retinuimus. Etenim particula *δὲ* in responsionibus frequenter indicat objectiones, quem usum exemplis stabilivit Erfurdt. ad Oed. R. v. 380. Quae explicandi ratio nobis magis arridet, quam ea quam iniit Schol. B. *οὗτος ὁ σύνδεσμος συνάφειά ἐστι πρὸς τὴν ἄνω διήγησιν αὐτοῦ τοῦ ἀγγέλου, εἰ καὶ διὰ μέσου ἡ Ἄτοσσα ἀπεκλαύσατο τὴν τῶν Περσῶν δυστυχίαν.* Licet ea expositio non indigna sit Graecam linguam callente. Deinde *εὔκοσμον* melius ad *κατ' οὖρον* atque ad *φυγὴν* trahitur. Quod evincit Schol. A: *οἱ ταγοὶ δὲ καὶ ἡγεμόνες τῶν λελειμμένων νεῶν, σύδην καὶ ὁρμητικῶς αἱροῦνται φυγὴν κατ' οὖρον οὐκ εὔκοσμον· ἤτοι οὐκ ἐν ἐπιτηδείῳ*

καιρῷ ἔφυγον, τροπικῶς ἀπὸ τῶν ἐν χειμῶνι πλεόντων, ὅτε πνέουσιν ὀλέθριοι ἄνεμοι. Τινὲς δὲ τοῦτο φασὶν οὕτως, ὅτι ἐκεῖσε, φησίν, ἀπίασιν ὅπου αὐτοὺς ὁ ἄνεμος φέρει.

v. 449. *Αἵρεσθαι φυγὴν* etsi satis eleganter dicatur, non tamen est, cur pro vulgata *αἱροῦνται* cum Elmsleio et Blomfieldio *αἴρονται* scribamus.

v. 450. Blomfieldius ad v. 443. ita: „Vulgo διεκπερῶμεν ἔς τε Φ. χ. Sed quum particula τε in v. 448. nihil haberet ad quod referretur, Schuetzius corrigere voluit Οἵ τ' ἐκπερῶμεν. Lenior est, quam adhibui Bothei medela.“ At rectius Butlerus: „Et mihi quidem sarta tecta videntur omnia, sed poetam minus luculentam loquendi rationem consulto adhibuisse arbitror, quo propius ad veritatem accederet. Quippe solent homines in re trepida ac summis infortuniis animo perturbato minus concinne loqui.“ Atqui re diligentius perpensa ne anacoluthon quidem agnoscere possumus. Nimirum respondent sibi ἔν τε Β. χ. et v. 453. ἔς τε Φ. χ. Modo post κενοὶ interpungatur.

v. 451. Blomfieldii emendationem διώλεθ' *nihili* facimus. Imperfectum bene ad sensum quadrat. Nam non semel et uno momento sed paullatim δίψῃ πονοῦντες et ὑπ' ἄσθματος κενοὺς periisse dicere vult nuntius.

Ad κρηναῖον γάνος Schol. A. adspersit: τόπος Βοιωτίας ἡ Κρήνη. Quod quidem testimonium rejicit Brunckius scholio ex cod. B. desumto nisus. At verba: ὕδωρ, παρὰ τὸ τὰ γυῖα ἰαίνειν non ad quamlibet aquam spectare possunt, sed ad fontem calidum, quem ob vires eius salubres κρήνην κατ' ἐξοχὴν nominatum a ceteris quodammodo diversum esse indicare vult cod. B. Scholiastes. Itaque quae opposita videntur optime conciliantur. Licet non repugnemus, si quis ea Aeschyli verba de Dirces fonte accipere malit. Thebarum κρηναῖαι etiam πύλαι exstiterunt. Quare κρηναῖον littera minuscula scripsimus. Vide Valckenaer. ad Herod. VIII, 115. et conf. Lucret. VI, 1262. Per Brunckium alii critici falsi sunt.

v. 452. Blomfieldius recte δίψῃ ex cod. Med. reposuit. Ita etiam 459. ubi editiones vett. et quod suspicandum codd. plurimi δίψῃ praebent. Vide Blomf. notam ad h. l.

v. 456.

v. 456. Cum Porsono, Blomfieldio et Botheo Ἀχαΐδος revocavimus. Ἀχαιΐδος omni caret auctoritate. — „Intelligitur Achaia Phthiotis, quod assecutus est Francogallus interpres. Cf. Strab. lib. I. p. 45. B. ed. Casaub. id. lib. IX. p. 433. D.“ Schuetzius. — Schol. B. locum sic explicat: πέδον Ἀχαΐδος ἡ Μονεμβασία ἡ πρὶν λεγομένη Δωρίς. Vide praeterea Popponem in Prolegomm. ad Thucyd. Vol. II. p. 308. seq.

v. 457. Θεσσαλῶν πόλισμ' est ἡ Λάρισσα ἢ τὰ Φάρσαλα. Vide Schol. B.

v. 458. Plurimorum codd. et editt. monitu πλεῖστοι θάνον scripsimus. Locum nostrum abjectione augmenti notandum esse, confessus quidem est Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 52. 121. et in Epit. doctr. metr. p. 33. at in Praef. ad Eurip. B. p. XXVII. sententiam immutavit, ac θάνον sine augmento nusquam in trimetris usurpatum esse certissimum putat. Cf. tamen, quae ad v. 281. disputavimus. Hermannus cum πλεῖστοι 'θάνον per crasin legi posse existimet, Elmsleium immerito sequutus, craseos indolem minus recte perspexisse videtur. Scilicet crasis nominativi pluralis in οι exeuntis inaudita est. Accedit quod, si quis πλεῖστοι ἔθανον per crasin et scribere et pronuntiare vellet, πλειστοὔθανον scribere et pronuntiare deberet. Vide Buttm. in Gramm. ampl. §. 29. annot. 11. qui vir egregius optime de crasi exposuit. Conf. etiam notam ad v. 413. Quoniam vero in prima voce non eliditur, πλεῖστοι 'θάνον nec crasis est, nec synizesis, nec elisio, est nihil. Ineptius etiam est, πλεῖστοι ''θανον excudere.

v. 459. Tribrachus, qui in vocibus ἀμφότερα γάρ pro trochaeo est, Hermanni canoni reluctatur. Cf. Praefat. nostram.

v. 460. Μαγνητικήν] Schol. B. ἔστι γὰρ ἐν Μακεδονίᾳ πόλις Μαγνησία, ὥς φησι Δημοσθένης περὶ τὸν Ὄλυνθον. At Magnetica terra eadem ac Magnesia regio esse videtur, quae antiquitus aut pars Thessaliae aut sub imperio eius erat. Cf. Popponem l. c. p. 308. seq.

Ex Rob. ἠδέ, quae lectio vix ex calami lapsu aut criticorum ingenio fluxisse videtur, cum Porsono, Blomfieldio et Botheo reduximus. Imo epica vocula oppressa est ab imperitis. De usu huius particulae apud tragi-

cos cf. Porson. ad Eur. Hec. 327. ad Orest. 1703. Passov. Meletem. in Aesch. Pers. p. 43. et Eckermann. Comment. Gedanens. I. p. 46. Atque nostro loco multo melius convenit omissio praepositionis ἐς, quam adjectio.

v. 462. „De lacu Bolbe s. palude cf. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 134. Thucydide teste lib. IV. 103 ad oppidum Bromiscum in mare ingreditur.“ Schuetzius. — Palus Bolbe in finibus Macedoniae et Thraciae sita est. Ex quo intelligitur, eam diversis temporibus ad Thraciam, quo Schol. A. et ad Macedoniam, quo Schol. B. istam paludem trahit, pertinuisse. Conf. Popponem l. c. p. 352. et 392. seq.

v. 463. Ἡδωνὶς αἶα intra Thraciam et Macedoniam exstat. Conf. Popponem l. c. p. 376. seq.

v. 464. Nam commissa est pugna Salaminia circa XX. diem Boëdromionis, mensis tertii aestivi, quod ex Plutarcho in Camillo, et Herodoti lib. VIII. c. 109. colligi potest.

v. 466. Utrumque licuit tragicis, εὔχετο et ηὔχετο dicere. Cf. Schneiderum De dial. Soph. p. 10. Quare hic ob testium dissensionem utrum reducendum ambiguum est. Attamen donec non plures lectionis εὔχετο auctores inveniantur, plurimi enim libri h. l. ηὔχετο exhibere videntur, augmentum retinemus.

v. 467. „Coelum et Terram divinorum numinum in loco et numero habuerunt Persae; Coelum, ut Herodoto placet, sub nomine Διὸς lib. I. 131: Οἱ δὲ νομίζουσι Διῒ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν οὐρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Strabo lib. XV. Τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. Terram etiam Persarum Diis annumerant Herodotus, Strabo l. c. et Diogenes Laertius in Prooemio, cui et hostias mactatas dicit Xenophon, Cyrop. lib. 8.“ Quae docte quidem annotavit Stanleius, opinamur tamen voces γαῖαν οὐρανόν τε προσκυνεῖν in proverbiis esse numerandas, pariter ac nos dicimus: „Erd' und Himmel anflehen“, ita ut hic de Persarum diis cogitasse poetam vix crediderimus.

v. 468. De voce θεοκλυτεῖν consule Elmsl. ad Eurip. Med. 204. p. 108. ed. Lips.

v. 469. Caesura post στρατὸς adhibita emolliri huius versus duritiem edocuit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 113 et in Epit. doctr. metr. p. 56. Quare errant critici Britannici, qui versum corruptum putant. Non necessaria, et ne venusta quidem, est Porsoniana huius versus transpositio: κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον στρατὸς περᾷ. Vide Reisig. Conj. I. p. 10. Porson. autem conf. in Supplem. ad praef. ad Eurip. Hec. p. 38. et Blomfield. ad h. l.

v. 473. „In diversas partes misit, dissolvit" notat διῆκε, cuius objectum πόρον est. Id monuimus propter Blomfieldium, qui cum locum non intellexisset, conjecturis eum inquinavit.

v. 474. De hoc loco nuperrime disseruit Hermannus in Praef. ad Eurip. Bacchas p. XXXV. seq. Conf. praeterea Elem. doctr. metr. p. 121. Repudiandum esse augmentum supra nos evicisse existimamus. Sed pro πίπτον scripsimus πῖπτον, quoniam ι natura longum est Vide Etym. M. p. 673, 8. Draco. Straton. p. 73, 18. 79, 21.

In codd. optimae notae εὐτυχεῖ reperitur, quod praesens nobis quidem magis arridet quam adjectivum.

v. 477. Huius versus numerum egregie illustravit Hermannus in Epit. doctr. metr. p. 56.

v. 481. Ob insolentiam quandam formulae ταῦτ' ἔστ' ἀληθῆ corruptum censuit locum, itaque eum emaculare studuit Hernannus: ταῦτ' ἐστὶ ταῦτα. Vide Herm. ad Eur. Hec. p. 131. v. 576. Attamen insolentius dicta et minus usitata non sunt pro depravatis habenda. Nos quidem a librorum testimonio non discessimus.

v. 483. Δυσπόνητος δαίμων est is, qui non facile vinci et tolerari potest; ad quem tolerandum nullus fere labor sufficit. Scholia explicant: χαλεποὺς πόνους ἡμῖν ἐμποίησας, vel δυστυχίας αἴτιε, quibus in expositionibus analogiam huius nominis minus quam ex ea derivatam significationem ante oculos habuerunt interpretes.

v. 484. Ad multorum librorum fidem ἐνήλλου scripsimus. Nam in indicativo non nisi aoristus primus verbi ἅλλομαι in usu Atticorum fuisse videtur, etsi in optativo, conjunctivo, infinitivo, participio secundi ao-

risti formam fortasse praetulerint. Vide Hermannum ad Soph. Oed. R. 1311. p. 241. Imperfectum nostro loco aptissimum omnium est: „Quam gravis insiliebas Persis", nempe tum, quum ea fierent, quae dixerat nuntius.

v. 486. De hoc duplici genitivo: νυκτὸς ὄψις ἐνυπνίων, uni substantivo diversa ratione juncto, vide quae dicentur ad v. 855.

v. 488. In multis libris exhibetur: αὖτ'. Nos quidem αὖτ' ἄγαν ex Ald. et Rob. recepimus, quod probat etiam Wunderlichius in Obs. critt. p. 50. 51. qui ne male habeat aliquem, quod inter δὲ et αὖτε vocabulum aliud intercedat, comparat Theocr. XII, 14. τὸν δ' ἕτερον πάλιν ὥς κεν ὁ Θέσσαλος εἴποι ἀΐταν. Nam si αὖτ' legamus ex huius loci constructione non ad ὀνείρατα, quod vult Schol. A., sed ad κακά, quo ineptus exsistit sensus, retrahi debet pronomen. Minus etiam aptum est ταῦτ'.

v. 496. Πιστοὺς licet bonum praebeat sensum dubiae fidei est. Longe praestat πιστοῖς et ob sensum et ob monumentorum amplitudinem. Atque huc trahenda sunt Schol. B. verba: πιστῶς ὤφειλεν εἰπεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὄνομα (i. e. ad nomen βουλεύματα) ἐπήγαγε. Quapropter rectissime Brunckius locum ita intelligit: τοῖς πρόσθεν πιστοῖς βουλεύμασι καινὰ συμφέρειν πιστὰ βουλεύματα, id quod dicere voluit Schol. B. Schuetzius vero explicationem suam ex Schol. A. depromsit auctorem reticens. Ea autem propterea stare nequit, quod πιστοὶ hac in fabula nonnisi Persarum consiliarii vocantur. Blomfieldius: „πιστοί. *Consiliarii Regum Persarum.* Vid. supra ad v. 1. Hoc non perspexerunt interpretes." Verum est, hoc difficile esse perspectu. Numquid consiliarii admonendi erant, ut ipsi sibi bona darent consilia? Ad optimorum monumentorum fidem γὲ adjecimus, quod ad sensum aptissimum est. Vertas: „fidis scilicet ex omni tempore allatis." Pro γὲ nonnulli libri τὰ praebent, qui articulus sensum contorquet et depravat. Restat ut enucleemus, quomodo variae loci lectiones exstiterint. Incuria scribarum excidit particula γέ. Itaque πιστοῖς πιστὰ in paucis libris occurrit. Alii cum metrum laesum viderent, emplastrum excogitarunt vel inserto τά, quod offerunt tres libri, vel adjuncto ι, ex quo aliorum codd. lectio fluxit. Συμφέρειν Brunckii

acumini debetur. In libris exstat ξυμφέρειν, quod revocavimus. Ξυμφέρειν vero valet: „conjuncta opera in medium proferre." Post βουλεύματα comma tantum ponendum, nam sequentia explicationem τῶν πιστῶν βουλευμάτων, qualia sint, continent.

v. 499. Pessime Schuetzius lapsus est in ed. 2. πρόσθηται cum passive acciperet: „Ne forte his malis aliud insuper malum addatur." Recte tamen in edd. 1. 3. hunc locum explicat.

v. 500. Quamquam codices optimae notae paroemiacum produnt, a quo in fabulis Euripideis interdum systematis initium fit, veremur tamen, is mos ut Aeschyli sit. Namque tale quid Euripidis levitati accommodatum certat cum Aeschyli severitate et continentia. Nihil sibi indulsit poeta noster, quod pravum et invenustum esse et aures tritae et sensus, quo quid pulchrum quid foedum sit percipimus, aperte docent. Quam ob rem si ἀλλ' minus bene defendi posset, ut paroemiacum vitaremus, locum ita excuderemus:

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τῶν μεγαλαύχων
καὶ πολυάνδρων στρατιὰν ὀλέσας.

Nam Περσῶν fortasse ex glossemate additum, cui insuper ad paroemiacum explendum νῦν admissum esset. Verum μὲν cum Hermanno aliisque interserere propterea nollemus, quod ea particula addita orationis vis et robur h. l. tabescerent. At edd. duae et, ex quo hic maximum capimus fructum, Schol. C. ἀλλ' in initio positum praebent. Etiam H. Steph. cum ὦ Ζεῦ pro varia proferat lectione, alteram in libris se invenisse prodit. Quo factum est, ut ἀλλ' genuinam esse lectionem censeremus. Sed periculum faciamus, omissam particulam ut explicemus. Cum antiquitus mos esset in initio cum librorum tum sectionum et partium eorum coloribus depingere et inaurare litteras initiales, eas et vocem ipsam, si brevis esset, a scribis omitti consentaneum fuit, ut postea lacuna a pictoribus et iis, qui inaurabant, expleretur. Sed fieri potuit, ut pictura et inauratio negligeretur. Qua re lacuna mansit. Atque id in locum nostrum eo magis cadere videtur, quo minus, quod ad sensum pertinet, ἀλλ' semel elapsum desiderabatur. Non videmus ergo, quid sit offensionis in tali versu:

Ἀλλ' ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, νῦν Περσῶν.

Etenim caesura in medio versu interdum ante tertiam arsin posita invenitur, si theseos syllabae breves in unam longam contractae sunt. Istiusmodi versus sunt in Sophoclis fr. 2. Inachi:

Ἴναχε γεννᾶτορ, παῖ κρηνῶν·

et in Eurip. Alc. 82:

ἔτι φῶς τόδε λεύσσει Πελίου παῖς·

Saepius inter syllabas theticas caesura adhibita est. Hoc vero non assequimur, cur Hermannus, talem versum (Aesch. Agam. 52.)

πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι.

cum in legitimo systemate approbet, illas duas in liberiora systemata releget. Atqui quoniam in loco nostro ἀλλ' a Turnebo profectum credebat, mutilatum versum nostrum credidit Hermannus De metris p. 291. et in Elem. doctr. metr. p. 375. Frustra praeterea locum tentarunt Arnaldus, Schuetzius, Botheus, Blomfieldius.

v. 501. Πολύανδροι sunt „qui de multis viris imperium exercent", nec vero „numerosi", ut visum est Schuetzio.

v. 502. Fuerunt, qui ἀλλ' — ὤλεσας — κατακρύψας in exemplaribus suis haberent. Nam Cant. 1. et B. ὤλεσας exhibent, quam variam esse lectionem profitetur Schol. B. An etiam hic duplicis recensionis vestigium occurrat?

v. 504. Δνοφερῷ multis nominibus anteferendum esse lectioni στυγερῷ, non est quod moneamus. Sed Butlerus γνοφερῶν in B. et Ven. 1. legi prodit, contra Blomfieldius γνοφερῷ in B. inveniri testatur, Veneto neglecto. Porro in Reg. B. γρ. δνοφερῷ αἰολικῶς Brunckio teste legitur. Inde in eo γνοφερῷ olim scriptum fuisse, jure colligit Brunckius. Ut ingenue profiteamur, quae nostra sit opinio, rarissimam et maxime exquisitam adjectivi formam ab altera δνοφερῷ, istam a στυγερῷ loco depulsam esse censemus. Quo pacto quin γνοφερῷ in textum reciperemus, facere non potuimus.

v. 505. Quid valeat Bothei emendatio πολιαὶ nihil opus est, nos fusius demonstrare. Sed ἀταλαῖς ex Rob. et lectionis varietate ap. H. Steph. acciverunt Herman-

nus, Botheus, Blomfieldius. Quod minus considerate fecerunt. Nam ἁπαλαῖς cum in sensum bene quadrat, tum optimis commendatur monumentis. Porro Hermannus De vers. Aesch. sp. p. 12. μαῖαι γονάδες ex Vit. manco additamento μαγνάδ extricavit, recipique jussit. At eam ingeniosam emendationem locum habere non posse, idoneis argumentis evincit Blomfieldius. Quin de grandaevis mulieribus omnino hic non est sermo, neque in eas quadrat adjectivum ἀταλαῖς, quod teneris puellis proprium esse demonstrat idem Blomfieldius. Nihilominus tamen, ut alios taceamus, Blomfieldius loci sententiam perverse exposuit. Namque cum de virginibus a versu 505. inde ad versum 508. usque, de sponsis autem a v. 509. usque ad v. 513. agi opinetur, mirum sane esset, viros bello occisos a virginibus tantum sponsisque deplorari, nec vero ab uxoribus, quarum prae caeteris fuisset conjugum moerore teneri. Quasi caelibes tantummodo in Europam transiissent ibique periissent! Quin tantum abest, ut reticeantur uxores, ut in vocibus πολλαὶ — μετέχουσαι nihil inveniatur, quin optime ad maritas referatur. Sequentia autem ad virgines spectant, sive sunt sponsae, sive non sunt. Eadem ratione explanat locum Schol. A.: πολλαὶ δὲ γυναῖκες κατερεικόμεναι καὶ σχίζουσαι τὰς καλύπτρας καὶ τοὺς ἰδίους χιτῶνας, τέγγουσι καὶ βρέχουσι τοὺς κόλπους ἐν δάκρυσι μυδαλέοις καὶ διύγροις, θλιβόμεναι.

v. 506. Ne quae voces sensu connectuntur magis quam par sit dilacerentur, quae disiungendae sunt arctius coniungantur, cum Blomfieldio versus ita describere placuit:

πολλαὶ δ' ἁπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας
κατερεικόμεναι,
διὰ μυδαλέοις δάκρυσι κόλπους κ. τ. λ.

quum vulgo sic essent distincti, ut διὰ μυδαλέοις ad praecedentem versum pertineret. Annon διαμυδάλεος Graecis usitatum fuerit adjectivum, non pro certo habemus. Hoc vero certum est, διαμυδαλέοις hic male habere, quandoquidem monumenta omnia, quorum amplitudinem pluris putamus quam criticorum nostratium opiniones, compositum infitiantur. Neque inepte Schol. B. locum per tmesin explicat: τὸ διὰ ὑπερβατῶς πρὸς τὸ τέγγουσι συνακτέον. Ex Blomfieldii quidem sententia tmesi hic

nullus est locus. Nam dici potuisset δάκρυσι διὰ κόλπους τέγγουσ᾽, non autem διὰ δ. κ. τ. Cuius rei rationem expiscari non possumus. Atque ipse Blomfieldius haec tmeseos exempla ex Soph. Phil. 1157: ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω, et 1176: ἀπὸ νῦν με λείπετ᾽ ἤδη attulit. Nobis ergo in Scholiastae illustratione acquiescendum est.

v. 509. Ἀβρόγοοι stare posse, licet proxime subsequatur ἁβροχίτωνας non negabunt, qui secum reputaverint, quam frequentes, apud Aeschylum praesertim, sint repetitiones eiusdem vocis. Vide notam ad v. 222. Frustra igitur locum tentarunt Pauwius, Schuetzius, Botheus, Blomfieldius.

v. 510. De hiatu verborum ποθέουσαι ἰδεῖν vide Hermannum in Epit. doctr. metr. p. 141. — Ἀρτιζυγία non est recens connubium sed „justum et conveniens connubium“, ἀρτίως ἐζευγμένος γάμος.

v. 515. Sensus est: „Atque ego sortem eorum, qui obierunt, tollo re vera luctuosam“. Nec „strenue“, nec „prorsus“, ut voluerunt interpretes, notat δοκίμως. Conf. Schol. B. δοκίμως] λαμπρῶς. Τουτέστιν, οὐ περὶ τῶν ἀποθανόντων ἀμελῶν διακεῖμαι, ἀλλὰ τούτων μόρον βαστάζω λαμπρῶς πολυδάκρυτον, ἀντὶ τοῦ θρηνοῦ πολλοῦ ἄξιον.

Stropha et antistropha prima.

– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
⏒ ⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
– –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –
⏑́⏑ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
⏑́⏑ ⏑ – ⏒ –́ ⏑ – || –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – Asynart. ex duobus κώλοις troch. qui constat.
.. .. –́ ⏑ ⏑ –́ –
.. .. –́ ⏑ ⏑ –́ –

v. 516. Cum Porsono et aliis δὴ retinuimus, γὰρ relegato. Saepius ea conjunctio e nimio connectendi studio in textum irrepsit. Conf. v. 518. 525. et Elmsleium ad Eurip. Med. p. 94. 95. ed. Lips.

v. 517. Ἀσιὰς retinendum esse recte monet H. Steph. Blomfieldius praeter necessitatem Ἀσὶς substi-

tuit. Scilicet solutio longae syllabae praesertim in nomine proprio frequenter etiam diverbiis continetur. Cf. v. 460.

v. 518. Vulgo μὲν γὰρ legitur, quarum particularum utra ejici debeat, vix quaeri potest. Omnino in melicis, quod ex eorum indole patet, conjunctionum, quibus sequentia cum praeteritis connectuntur, rarior est usus. De spuria particula γὰρ vide notas ad v. 516. et 525. Cum praeterea in antistropha μὲν legatur, hic quoque in simillimo versu eandem particulam cum Arnaldo, Porsono, et Butlero retinemus. Ob eandem causam ἄγαγεν reduximus. Cur enim Aeschylus, reliquis in stropha et antistropha tam accurate conspirantibus, has formas ἤγαγεν et ἄγαγον sine causa variaverit? Caeterum notum est, quantopere scenici in iisdem stropharum et antistropharum locis eadem vocabula ponere amaverint. Vide Reisig. Conject. in Aristoph. I. p. 137. 193. Wellauer. de Thesmophor. p. 54. Herm. in Epit. doctr. metr. p. 276. et multos alios.

v. 520. Πάντ' est pluralis: „omnem hanc calamitatem.“ In praecedentibus ad verba ἄγαγεν et ἀπώλεσεν cogitatione supplendum est objectum, nimirum exercitum.

v. 521. Quia in δυσφρόνως systema finitur, voces βαρίδεσσι ποντίαις eo magis ad sequentia trahere in mentem alicui venire posset, quod quae verba in antistropha respondent, vulgo ad sequentia adjunguntur. Neque inepte βαρίδεσσι π. ἀβλαβὴς connecterentur, utpote quae significarent „non afferens damnum per naves.“ At obstat diligens et accurata antistrophae contemplatio. Cf. notam ad v. 530. — Schol. B. βαρίδεσσι] ναυσίν, ἀπὸ Βάρεως πόλεως Περσῶν, καλουμέναις. Λέγει δὲ καταχρηστικῶς ἀπὸ μέρους· οὐ γὰρ ἦσαν πᾶσαι αἱ Ξέρξου νῆες βαρίδες ἀλλὰ ἄλλαι καὶ ἄλλαι.

v. 522. Reduximus οὕτω. Nam οὔπω mera Heathii conjectura est, quae ex falsa loci interpretatione originem duxit. Ad ἀβλαβὴς animo repetas βαρίδεσσι. Unde strophae totius hic exsistit sensus: „Cur tandem Darius tam innoxius (i. e. damnum non afferens navibus) olim praefuit, arcu qui decernebat, civibus carus Susorum dux?“ i. e. Quid nos tandem nunc juvat Darii faustissimum imperium, qui tantopere cavit, ne Persae

ex maritimis bellis detrimentum caperent, et recte summam imperii vim in terrestribus copiis positam esse existimavit, quapropter etiam regnavit dilectus a Susorum civibus dux, qui arcu, militum terrestrium robore, valeret? Ita ἀβλαβὴς optime exponitur, melius certe quam in Schol. A. ubi quaesitam invenis explicationem. At ex οὔπω prodit sensus, animis senum erga Xerxem reverentia plenissimis qui non convenit.

v. 523. Schol. B. τόξαρχος] ἡγεμὼν τῶν τοξικωτάτων Περσῶν. Recte Blomf. τόξαρχος retinuit. Docta est eius nota ad Sept. adv. Th. 828: „πολεμάρχας Seld. Brunck. Atticos vero huiusmodi composita per χος extulisse, colligo ex propriis nominibus Ἵππαρχος, Νέαρχος, Κλέαρχος. In Choeph. 1070. πολέμαρχος ἀνὴρ basis anapaestica est. Rhes. 381. Σκύμνον ἔθρεψας πολίαρχον ἰδεῖν. Vid. Pers. 314. Suppl. 12. 967. Choeph. 622. et veteres lectiones reponas in Soph. Oed. Col. 1085. Ajac. 390.“ Occurrunt praeterea in fabula nostra v. 295. ἄπαρχος. 331. ναυάρχοις. 928. μυριόνταρχον. et 282. μυριόνταρχος.

v. 524. Σουσίδαις, quod adoptavit Blomfieldius, aut correctio est jejuni critici, aut ex male intellecta Schol. A. interpretatione fluxit. Nam non legit Scholiastes Σουσίδαις nec vult legi, sed addit dativum, quo πολιήταις illustret. Recidimus igitur deteriorem lectionem.

v. 525. Optimorum librorum lectionem καὶ in locum particulae γάρ, quam h. l. pro interpretamento habemus, subrogavimus. Brunckius θ᾽ de suo adjunxit. Conf. notas ad 516. 518.

v. 526. Vox κυανώπιδες aut anapaestum pro iambo continet, aut per synecphonesin pronuntiari debet. Anapaestum in iambis lyricis licet quidem adhiberi, quam rem evicerunt Reisigius in Conject. in Aristoph. p. 37. Lobeckius et Erfurdtius ad Soph. Aj. 705. (697.) et Seidlerus in Epistola ad Lobeck. p. 438. Quae contra monet Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 122. vix digna sunt tanto viro. Nam cur licentiam numerorum majorem, quae in antistrophicis conspicitur trimetris, ad solas pertinere solutiones credat, quas ex modulationis intercessione excusat, anapaestos vero a trimetris antistrophicis excludat, non liquet. Recte quidem dicit Hermannus, cantum majorem quam diverbia requirere se-

veritatem numerorum. At severitas num certat cum audacia? Quid est aliud ea severitas quam gravitas et vehementia, quibus affectus animi summopere moti exprimuntur? Mirum sane foret, ubi maxime commota est oratio, leges ibi metricas aeque arctis finibus circumscriptas servari, quam ubi sedata et quieta est. Quare vehementior si fit versus iambicus anapaesto adhibito, neque is pes, neque solutiones excludendae erant ab usu iamborum lyricorum. Nam anapaestis vehementiorem et graviorem effici posse numerum confessus est ipse Hermannus. Conf. not. nostram ad v. 474. 969. 985. Consule etiam Lachmannum De chor. syst. p. 104. Quae cum ita sint, non dubitaremus, quin anapaestum in: ὁμόπτεροι κυανώπιδες agnosceremus, nisi obstaret versus strophicus: γαῖ᾽ Ἀσιὰς ἐκκενουμένα, ita ut non poetam in loco nostro anapaestum adhibuisse credibile sit. Quapropter cum synizesin h. l. statuere malimus, vocalis υ synizesin nonnumquam fieri notum est. Conf. Herm. in Elem. doctr. metr. p. 53. et in Epit. doctr. metr. p. 34. Quibus synizeseos exemplis ibi allatis iniuria exceptum est illud ex Eurip. Phoen. 1327. (ed. Pors.) Nam in stropha ἰακχήσω contra librorum auctoritatem scriptum est. Vulgo ἰαχήσω legitur, quod retinendum. Deinde male haec sibi respondent:

ὀλό — μενον ἰακχήσω.
ἕνεκ᾽ Ἐριννύων.

Nam penultima dochmii non pro lubitu anceps est, quandoquidem non idem est versus, qui penultimam brevem ac qui longam habet. Inde licet in Euripide tales responsiones occurrant, non obtrudendae tamen sunt poetae. Quare locum sic cum Porsono legimus:

πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἰαχήσω.
ἄποτμος ἄποτμος ὁ φόνος ἕνεκεν Ἐριννύων.
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ – –

Accedit quod ἕνεκεν multo exquisitior est lectio, quam altera ἕνεκ᾽, quae correctionem reddere videtur. Ipse igitur Seidlerus cum Porsonum ad h. l. castigaret, a recta via aberravit. Vide De vers. dochm. p. 41. Iniuria Seidlerum sequutus est Matthiaeus, et Herm. ad Oed. Tyr. v. 639. Itaque υα in unum coalescere posse sonum, non est quod dubitemus. Verum raro duae breves vocales per synecphonesin conjunctae corripiuntur,

id quod h. l. fiat necesse est. Namque stropha longam repudiat syllabam. Duo exempla correptionis affert Hermannus in Epit. doctr. metr. p. 34. Splendidissimum vero silentio pressit ex Soph. Ant. 523:

φιλάδελφα κάτω δάκρυα λειβομένη.

Versus est anapaestus dimeter, quem ita depravavit Erfurdtius:

φιλάδελφα κάτω δάκρυ' εἰβομένη·

Damnum non resarsit Hermannus. Sed vide Schneiderum De dial. p. 55. Quo pacto eodem iure quo δάκρυα pyrrhichius, κυανώπιδες diiambus est perhibendus. De correptione syllabarum per synecphonesin conjunctarum vide praeterea notam ad v. 805.

v. 527. Schol. A. adspergit: ἤγουν εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ αὐτοὺς ἀπώλεσαν ἐκεῖ.

v. 529. Cum aliis πανωλέθροισιν ex cod. Vit. et edit. Rob. recepimus.

v. 530. Verba διὰ δ' Ἰαόνων χέρας cum Lachmanno De chor. system. p. 41. et Heathio ad *praecedentia* referimus cum multis argumentis tum sequenti particula δ' in v. 531. commoti. Atque nobiscum facit Schol. B: ὡς νῆες μὲν ἀπώλεσαν αὐτοὺς ἐν πανωλέθροις ἐμβολαῖς, διὰ δὲ τῶν Ἰώνων ἐγένοντο αὗται αἱ συμβολαὶ κ. τ. λ. Sed in eo errat, quod ad ἐκφυγεῖν animo repetit διὰ τὰς αὐτῶν χεῖρας. Quodsi verum esset, aut διὰ δ' Ἰαόνων χέρας jure ad sequentia traherentur, nuntii verba vel non recte percepisse vel jam oblitos esse senes suspicaremur. Ubinam dixerat nuntius, Xerxem Graecorum manibus aegre evasisse? Nusquam quantum videmus. Nempe cum ad Salamina dimicaretur, nullo in periculo versata est regis persona, neque in fuga regem persequuti sunt Graeci. Haec quoque est causa, cur probari nequeat Reisigii explicatio, in Comm. crit. in Soph. Oed. C. p. 412. proposita, qui vulgata interpunctione retenta vertit: „Magnus ille rex aufugerat quidem, sed *pusillo* modo." Hoc enim τυτθὰ significare ait, et falsam esse Scholiastae A. explicationem μόλις. Verum hoc dixerat nuntius, regem per Thraciae hibernas sterilesque regiones vix sospitem in Asiam se recepisse. Ex quo fit, ut locum ita vertamus: „Naves perdiderunt vae! naves internecinis assultibus, sed per Ionum manus";

scil. nisi per Iones assultus facti essent internecini, non perdidissent naves. Praepositio διὰ cum accusativo posita hac significatione non offendit, de qua v. Schol. Aristoph. Plut. 93. et quae monuit Pinzgerus ad Lycurgi c. 19. p. 214. Tantum vero abest, ut offendamur eo, quod periodus systema exeat, ut id de industria et hic et in stropha factum esse contendamus. Egregie de ea re disputavit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 702. et in Epit. doctr. metr. p. 243. Postremo sequentis v. τυτθὰ δ' monet, ne voces διὰ δ' Ἰ. χ. ab antecedentibus secernantur. Itaque etiam in stropha vulgatam, qua sensus optime exprimitur, interpunctionem retinemus. Sed non est silentio praetereundum, et in stropha et in antistropha membrum periodi cum systemate finiri, quare post δυσφρόνως aeque ac post ἐμβολαῖς comma posuimus.


v. 531. Pauwio et Brunckio debetur τυτθά γ'. Alii alias emendationes excogitarunt. In librorum scriptura est acquiescendum. Vide Lachm. De chor. syst. p. 41. et Heathium. Caeterum τυτθὰ idem est atque μόλις, quod frustra negavit Reisigius l. c.

Ὡς scribendum confusis duabus constructionibus sc. ἄνακτ' ἐκφυγεῖν ἀκούομεν, et ἄναξ ἐξέφυγεν ὡς ἀκούομεν. Cf. similem usum v. 160. et notam nostram. Heathio debetur ὥς.

v. 532. Cum Lachmanno l. c. ἄμ πεδιήρεις scripsimus.

v. 533. Cum Blomfieldio, Arnaldo et Lachmanno l. c. δυσχίμους correximus. In stropha est Σουσίδος.

Stropha et antistropha secunda.



Terna systemata et stropha et antistropha amplectitur. Nam una tantum enuntiatio licet tota stropha contineatur, tribus tamen membris ea constat, quae totidem numerorum systematis definita et circumscripta sunt. Idemque de antistropha valet. Primum systema utrum ex Pherecrateis an dactylicis constet versibus litigari potest. Veremur tamen, ut Aeschylus et Sophocles trisyllabam basin in Glyconeis usurparint. Nam ne Sophocles quidem id sibi indulsit, quandoquidem locus in Phil. v. 1098. contaminatus est, quod antistropha docet. Eum egregie elimavit Hermannus, quocum scribimus: πόθεν μοι τὸ κατ᾽ ἦμαρ, quibus pulcherrime respondent: κραταιαῖς μετὰ χερσίν. Quae praeterea exempla Glyconeorum trisyllabam basin habentium proferuntur (v. Herm. Elem. doctr. metr. p. 538. seq. Epit. doctr. metr. p. 192. seq. Seidlerumque De verss. dochm. p. 349. seq.) nihil in contrarium evincitur iis. Etenim aut Euripideis fabulis desumta sunt, aut dactylum habent pro basi. Mirum sane, quod ne unum quidem exemplum invenerunt viri docti, quod vel anapaestum vel tribrachum praebeat basin cum in stropha tum in antistropha. Atqui trisyllabam credimus, non solam anapaesticam basin rideri ab Aristophane rei metricae judice peritissimo in Ran. v. 1322. Quippe quae causa fuit, anapaestum auditorum irrisioni tradere, si probaret tribrachum et dactylum comicus? Facile etiam est docere eum, qui ad hanc rem tritas aures adhibet, quam invenusta sit trisyllaba basis. Quae cum ita sint, ubiubi dactyli inveniuntur, versus non est Glyconeus sed dactylicus. Quod pertinet ad locum nostrum. Primum igitur systema ternos dactylicos complectitur. Cuius generis versus secundi systematis sint, omnibus patet. De paeonico in syllabam catalectico vel hypercatalecto vide Herm. Epit. doctr. metr. p. 179. Tertii systematis versus sunt dochmiaci. Quorum posterior iambica ornatus est catalexi.

v. 534. Olim in animo habuimus, locum ita corrigere: πρωτόμοροι δ᾽ ἄρα τοίδε, vel τοὶ δ᾽ ἄρα πρωτομόροιο — ἀνάγκας, quibus respondebat Ald., Rob. et Turn. lectio: ἀλὶ δεινά. Nunc vero tribus causis commoti Heathii complementum defendimus. Primo quae particula supervacua videri posset, facile omissa est, omissa non

amplius est desiderata. Deinde in antistropha δεινᾷ et codd. quantum videtur omnium et Schol. B. auctoritate retinetur. Postremo versus 534. 535. 542. 543. dactylicos in spondeum qui exeant versus, h. l. exstare satis efficiunt.

v. 535. Multo elegantior est lectio, quam ex bonis libris recepimus: λειφθέντες. Idem Blomfieldius et Lachmannus p. 40. fecerunt. Ex interpretatione profecto altera orta est. Adversamur tamen Blomfieldio, si verum esset ληφθέντες, tum legendum esse πρὸς ἀνάγκας dicenti. Quoniam πρὸς c. acc. adverbii loco usurpant Graeci v. c. πρὸς ἡδονήν, πρὸς βίαν etc., ad ληφθέντες quadrare πρὸς ἀνάγκαν nemo est, quin videat. Schol. B, λειφθέντες] ἐναπομείναντες ἢ κρατηθέντες. Idem ad Κυχρείας adspersit: τὰς τῆς Σαλαμῖνος, ἐκαλεῖτο γὰρ οὕτω.

v. 537. Lacunam certa medela explevit Hermannus in Diss. de spur. ap. Aesch. versibus p. 8. ex antistropha huc trahens ἔῤῥανται. Probant Blomfieldius et Lachmannus l. c. Schuetzius in 1. et 3. vel τεθνᾶσιν vel διαίνου proponit, in 2. ὤλοντο inserit, sed praestat Hermanni emendatio, quae etiam librorum testimonio nonnihil firmatur. Vide v. lect. ad 545.

Ἀμβόασον cum accusativo ἄχη junctum exemplis adstruxit, et bene explicuit Wunderlichius in Obs. critt. p. 127. Vertit nempe: „magno et flebili clamore lugete calamitatem immensam." Sed vide ipsum. Itaque post ἄχη plenius interpunximus.

v. 538. Schol. B. οὐράνια] μεγάλα, ὑπερβολικά.

v. 540. Pro βοᾶτιν Blomfieldius reposuit βοάν, τὰν ex Cant. 2., sed sic vehementer nos offendit articulus ad αὐδὰν positus, cum βοὰν articulo careat. Omnino vero causa, quae ad mutationem impulit Blomfieldium est nihili. Nempe βοᾶτις contra analogiam esse existimavit, quod verum non est. Nam recte ex βοάω descendit βοήτης indeque βοῆτις. Majori specie praedita sunt, quae Doederlein. in Act. philol. Monac. I. p. 63. monuit, sc. epitheta nimium in hoc loco esse cumulata. Quod ut vitetur, emendavit βοατύν, ingeniose quidem, sed praeter necessitatem. Ista enim epithetorum cumulatio sublimioris poeseos propria condonanda est Aeschylo. Glossa Schol. B. βοᾶτιν] βοητικήν.

v. 544. Post *στερηθεὶς* comma posuimus, quum sequentia cum praecedentibus arcte cohaereant. Vertas: „Luget autem virum domus vidua, parentes autem orbati ingenti dolore" sc. virum lugent, quod subauditur. *Πενθεῖν* h. l. cum duplici acc. jungitur, qui in talibus non est infrequens. Conf. Wunderi Advers. in Soph. Phil. p. 50. Nimirum voci *πενθεῖν* inest praeter suam propriam notionem universalis quoque faciendi notio, quae regit hunc alterum accusativum *ἄχη*.

Schuetzii ingeniosam correctionem *τοκέες*, qua locus optime sanatur, amplexi sumus. Occurrit *τοκέες* v. 64.

Delendum *δάκρυσιν ἔῤῥανται*. Varietas lectionis et Schol. A. nota, difficultatem, quae h. l. sensui et constructioni insit, interpolandi occasionem praebuisse, luculenter demonstrant. — Voces *ἐν δάκρυσι* mera Turnebi conjectura esse videntur.

v. 546. Post *γέροντες* comma delevimus. De confusione formarum *δύρεσθαι* et *ὀδύρεσθαι* conf. Elmsl. ad Eur. Med. p. 100. ed. Lips.

Stropha et antistropha tertia.

–́ ◡ ◡ – ◡ ◡ –́ ⏓
–́ ◡ ◡ – ◡ ◡ –́ –
–́ ◡ ◡ – ◡ ◡ –́ ⏓
–́ ◡ ◡ – ◡ ◡ –́ –
–́ – – ◡ ◡ –́ ◡
–́ – – ◡ ◡ –́ –
–́ ◡ ◡ – ◡ – –

Trimetris dactylicis constant stropha et antistropha. Ultimus versus logaoedica catalexi praeditus est. Ad v. 555. conf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 46. et Epit. doctr. metr. p. 28. In utroque loco *οὐκ* ad Viteb. fidem, et *φίλοισιν* calami vitio scriptum legitur.

v. 551. Cum H. Steph. aliisque (vide etiam Markl. ad Iphig. T. 439.) *δεσποσύνοισιν* praetulimus.

v. 552. Pro *προσπίπτοντες* et aliis corruptelis scripsimus *προσπιτνοῦντες* relegata Stanleii emendatione *προπίτνοντες*, quae falsa praesentis participii forma est. Conf. Passov. recte de *πιτνῶ* praecipientem in Lex. gr. T. II. p. 475. et Herm. in Cens. Med. Elmsl. p. 340 seq. ed. Lips. Hic praesentis participio opus est non minus quam v. 429.

Οὔτ'

Οὔτ' ἐς γᾶν in omnibus libris exstat: *οὐδ'* primus intulit Heathius, quem sequuti sunt Brunckius et Schuetzius, hic quidem ne monito quidem lectore. Nimirum crediderunt, praegressis *οὐ* et *μὴ* non *οὔτε* et *μήτε*, sed *οὐδὲ* et *μηδὲ* sequi debere, quae regula ab Elmsleio nuper defensa ad Eur. Med. 4. falsa est. Vide Herm. ad Soph. Aj. 423. et in Censura Med. Elmsl. p. 330. ed. Lips. Reisig. Conj. in Aristoph. I. p. 189. — Quod vero usum formarum *εἰς* et *ἐς* attinet, audiendus est Hermann. in Praef. ad Soph. Aj. p. 18. Neque concedimus Blomfieldio et Elmsleio ad Eurip. Med. p. 74. 75. 84. *ἐς* nonnisi metri causa admittendum esse. Imo quantum per metrum licet, codicum auctoritas observari debet.

v. 553. Correximus *βασίλεια* in *βασιλεία*. Schol. A. *τὰ τοιαῦτα πάντα κτήτικα μακρὸν ἔχει τὸ ά.*

v. 559. Post *ἄρουρα* posuimus comma. *Αἴαντος* ad *νᾶσος* pertinet. Porsoni vero conjectura a Blomfieldio recepta minime est opus.

v. 562. Multis in libris *ἔμπειρος* exhibetur, quod receperunt editores Britannici. At *ἔμπειρος* nil nisi emendatio satis antiqua (v. Schol. B.) vulgatae lectionis esse videtur. Blomfieldius, quum eam vocem, quando in hoc sensu ponatur, cum genitivo construi neget, duplici sensu nomen *ἔμπορος* condonavit, quem frustra conati sumus expiscari. Quin h. l. *ἔμπορος* significationem: „caupo, mercator, navigator" tenere, praeclare evicit Passov. in Lex. gr. Namque *ἔμπορος κακῶν* est navigator, cuius onus est malum. Exstant etiam multi vulgatae scripturae auctores, quorum maximi facimus Schol. A., cuius haec sunt verba: *ὦ φίλοι, ὅστις κυρεῖ καὶ ὑπάρχει ἔμπορος τῶν κακῶν, ἤγουν ἐμπλέων τοῖς κακοῖς κ. τ. λ.* Omnino tota Scholiastae nota lectu dignissima est, contra quam nil valent, quae commentatus est Siebelis p. 71. 72. Itaque difficilioris et magis poeticae lectionis ne tradamus locum faciliori et prosam magis orationem sapienti.

v. 563. In v. l. *ἐπίστασο* duplicis recensionis vestigium apprehendisse arbitramur. Legas quaesumus, quae Schol. B. docte de h. l. monuit: *Γράφεται καὶ ἐπίστασο καὶ ἐπίσταται. Καὶ τὸ μὲν ἐπίστασο οὕτως, εἰποῦσα ἡ Ἄτοσσα πληθυντικῶς πρὸς πάντα τὸν χορόν· ὦ φίλοι, μεριασι-*

κῶς ἐκφέρει πρὸς ἕνα ἕκαστον. (Verisimilius vero est, ab Atossa totum chorum tamquam unam personam singulari numero appellatum esse, quamvis etiam huic expositioni aliquantulum repugnet nimis propinqua allocutio: *φίλοι.*) *Λέγουσα, ὦ φίλοι, ἐπίστασο ὅτι φιλεῖ καὶ εἴωθεν ἐκεῖνος ὁ ἄνθρωπος, ὅστις ἔμπορος καὶ μέτοχος καὶ συνήθης ἔστι κακῶν, πάντα δειμαίνειν καὶ φοβεῖσθαι, ὅταν ἐπέλθῃ τοῖς βροτοῖς κλύδων καὶ χειμὼν κακῶν. Τουτέστιν, ὁ δυστυχίᾳ κατεσχηκώς, ὅταν ἕτερόν τινα ἴδῃ δυστυχοῦντα αὐτὸς δυστυχεῖν οἴεται, οἰκεῖα λογιζόμενος τὰ πάθη.*

v. 566. Ex Cant. 2. minus considerate *ἀεὶ* substituerunt Porsonus, Botheus et Blomfieldius. Vide notam ad. v. 148.

v. 568. Utrum *τ' ἀνταῖα* an *τἀνταῖα* praeoptandum sit, vix decreverimus. Sic vero sentimus, cum *τἀνταῖα* excudi curaverimus, quae appositio vocum *πάντα φόβου πλέα* est putanda, sensum et enuntiationem ea appositione corroborari, altera autem lectione debilitari. Post *πλέα* comma admisimus locumque ita vertimus: „*Mihi* enim iam omnia timoris plena, ante oculos posita videntur adversaria divinitus missa.“ Qua ratione antiquorum iam criticorum nonnulli locum intellexerunt, et interpretati sunt. Schol. A: *Τινὲς δὲ εἰς τὸ πλέα στίζοντες, ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς τοῦτο συντάσσουσιν, τἀνταῖα λέγοντες, οἷον ἐν τοῖς ὄμμασι τὰ τῶν θεῶν ἐναντία φαίνεται. Τοῦτ' ἔστιν, ἀντικειμένως ἡμῖν ὁρῶ τοὺς θεούς.* Item Schol. B. *ἀνταῖα* conjungit cum *θεῶν* explicatque: *ἐνάντια καὶ δυστυχῆ ἃ τοῖς ἀνθρώποις οἱ θεοὶ ἐπιφέρουσιν.* At Blomfieldius praeter necessitatem *τὰ θεῶν* scripsit.

v. 569. *Παιώνιος* non est „paeanius“ ut voluit Schuetzius, sed „salutaris“; *κέλαδος οὐ χαρᾶς ποιητικὸς ἀλλὰ λυπῆς* est intelligendus. Conf. Schol. B. Erudita est Blomfieldii nota: „*Παιώνιος. Medicabilis.* non vero *Paeanius*, uti vertunt Stanleius et Schutzius. Schol. (A) *οὐ παιώνιος, ἀλλὰ φθαρτικός.* (Anglice, *no soothing sound.*) Hesych. *Παιώνιον φάρμακον, καταπαῦον ὀδύνας.* Agam. 848. *φαρμάκων παιωνίων.* 1199. *Καὶ πῶς ἂν ὅρκου πῆγμα γενναίως παγὲν Παιώνιον γένοιτο;* Suppl. 1072. *Χειρὶ παιωνίᾳ κατασχεθών.* Noster Mysis apud Photium et Suid. v. *Ὀργεῶνες. Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών, Εὐχαῖς δὲ σώζοις δεσπότας παιωνίαις.*“

v. 573. Displicet h. l. talis vocum collocatio παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χ. cum minime in παιδὸς sed in πατρὶ enuntiationis pondus quoddam positum sit.

v. 583. Νερτέρων ad χοαῖσι non ad ὕμνους trahendum esse, efficit Hermannus ad Soph. Antig. v. 598.

v. 589. In G. et Guelf. ϑ', in ceteris libris δ' occurrit, quod procul dubio est anteferendum. Hermannus ad Vig. p. 836: „τὲ non semper, inquit, sequentem habet particulam τὲ vel καί, sed etiam δέ." Neque minus Schol. A. δὲ legisse se prodit: ἡμεῖς δὲ αἰτησόμεϑα ἐν ὕμνοις κ. τ. λ.

v. 591. Stephanum κατὰ γαίας scribentem sequuti sunt Schuetz. Pors. Butl. et Blomf. At editiones Victoriana antiquiores et codices haud pauci praebent γαῖαν. In nullo autem codice γαίας exstare disertis verbis dicitur. Quare operae pretium esse videtur, ea quae de discrimine loquutionum κατὰ γαῖαν et κατὰ γαίας monuit Stephanus examini subjicere. Et verum quidem est, κατὰ γαῖαν saepissime significare „in terra" i. e. „super terram." At haec non est propria huius dictionis significatio, quae paulo latius extenditur. Potest enim verbis κατὰ γαῖαν etiam appellari, quodcunque aliqua ratione cohaeret cum terra; neque igitur negandum est, κατὰ γαῖαν etiam „sub terram" significare. Unde nolimus lectionem κατὰ γαίας h. l. probare. — Schol. A. ὁ χορός φησι πρὸς τὴν Ἄτοσσαν, ὅτι σὺ ϑυσίαζε τοῖς καταχϑονιοῖς ϑεοῖς· ἡμεῖς δὲ αἰτησόμεϑα ἐν ὕμνοις τοὺς πομποὺς τῶν φϑιμένων, ἤγουν τοὺς ϑεοὺς τοὺς κάτω, τοὺς πέμποντας ἄνω τοὺς νεκρούς, εἶναι κάτω τῆς γῆς πραεῖς πρὸς τὸν Δαρεῖον, ὥστε συγχωρῆσαι αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς ἐλϑεῖν.

v. 592. Sunt quidem verba Schol. A. ἀλλ' ὦ χϑόνιοι κ. τ. λ. sed ex iis non sequitur, eum in exemplari suo ita legisse. Solenne nempe erat, ὦ in compellationibus praecipue prosae orationis usurpari, quare h. l. ubi deest, id adposuit Scholiastes explicandi gratia. Similiter idem βασιλεῦ τ' ἐνέρων interpretatus est καὶ ὦ Πλούτων, et v. 562. ὦ φίλοι pro φίλοι dedit. Levitatis igitur Blomfieldium coarguimus, qui ἀλλ' ὦ χϑόνιοι Aeschylo obtruserit.

v. 594. Quinque codicum auctoritati, qua φῶς stabilitur, nos obsequi oportet. Quo pacto ἐς φῶς vesti-

tuendum esse existimamus. Blomf. acute monet: „Rarior est dactylus pro anapaesto in fine versus: semel tantum occurrit in centum quatuor, qui in hac fabula dimetri anapaestici sunt, nempe v. 50. (51.) Agam. 111. 801. 803. Eumen. 315. 937. 979. Suppl. 6. 9. 34. In Ixionis fragmento ap. Athen. IV. p. 182. C. *Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα Ταχέως ὁ μέγας καταπίνει*, Porsonus reposuit *ἐλάσσω.*" — Schol. B. *ψυχὴν] τὴν τοῦ Δαρείου* quod interpretamentum irrepsit in G.

v. 595. Recte monet Butlerus, non hoc voluisse Chorum, ut Darius reliqua mala praediceret, sed ut praesentium malorum remedium ostenderet. Quo fit, ut Pearsonii et Pauwii conjecturae locus sit denegandus. At si contendit Blomfieldius, sic (*ἄχος*) manifesto legisse Scholiasten, id aliud agens scripsit. Nam haec sunt verba Schol. A: *εἰ γάρ τι ἄκος τῶν ἡμετέρων κακῶν πλέον καὶ ἐπέκεινα οἶδεν, ἤγουν νικῆσον τὰ ἡμῶν κακά, μόνος ἂν οὗτος ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἴποι τὸ πέρας καὶ πῶς αὐτὰ καὶ πότε καὶ τίνι τρόπῳ ἐκφύγωμεν.* Voces *πλέον κ. ἐπέκεινα* ad Atossae placationem (v. 586. 587.) respiciunt. Nec vero silentio praetermittenda est Schuetzii fatuitas, qui *ἄχος* pro vulgata in textu habuit, et haec annotavit: „Pro *ἄχος* Pauwius corrigebat *ἄκος*, quod etsi schol. quoque legisse videtur, vulgatum tamen servandum."

Priusquam de singulis eius cantici, quod nunc aggressuri sumus, momentis verba faciamus, pauca in universum de eius natura, scopo et indole praefari et utile videtur, et necessarium. Quodsi cum praecedente compares, illud a nostro ita differt, ut cum supra threnodiam ediderint, nunc magicum cantum tollant senes calamitosi. Ii omni luctu obruti, qui omnes ictus, omnes fortunae appulsus sentiunt, Darium, quem pro deo colunt, et ex quo cum consilia tum imperii corruentis restitutionem sperant, ex Orco acciunt. Quare cum summi animae affectus in magico cantico conspiciantur, nostrum locum par est et consentaneum insignem esse qua inusitatis et alacribus numeris, qua oratione maxime sublimi, qua singulis vocibus tam exquisitis quam ingeniose formatis. Ecce exempla jam ponimus. Choriambos, paeonicos, Glyconeos, Pherecrateos, Jonicos a minori, Anacreonteos, dactylicos, anapaesticos, dochmia-

cos denique versus politissima et perfectissima arte inter se connexos ante oculos habemus. Accedit quod solutiones longarum, contractiones brevium syllabarum saepissime inveniuntur. Atqui perorandi sublimitas cum in omnibus strophis largissime suppetit, tum in epodo ad maximum fastigium evehitur. Exquisitas vero voces et novo ausu conglutinatas apprehendis hasce: μεγαυχῆ, παντάλαν᾿, Δαρειάν, βαλήν, ἐπωδώκει, ἔσκεν, κατόλωλεν, δυνάτα, διαμαρτία, ἄναες. Prae ceteris autem hoc observamus, poetam, cuius excellentes virtutes hoc loco suspicere et maximis efferre laudibus nos decet, enisum esse, ut suo quaeque in loco collocarentur, ut nihil superfluum appareret, ut nusquam sententiarum eximii tabescerent colores. Quae cum ita sint, criticos recentiores alios alio aberrasse facile est intellectu. Namque cum librorum adjumento sincera lectio ubicunque restitui possit, ut vix unam conjecturam subrogari opus sit, editores aevi nostri partes suas peregisse crediderunt, si salebras invenirent, ubi planissima erat via, et fluctus excitarent in simpulo. Quodsi ergo maculatum est pulcherrimum Aeschyli melicum, id nonnisi futilissimis recentiorum conjecturis contaminatum apparet. Cuius rei duae potissimum causae in promtu sunt. Altera est, quod critici metricam rationem non satis perspectam habuerunt, altera quod totius cantus scopum et argumentum non bene cognoverant. Nam quod maxime dolemus, nondum eo perventum est apud nos, ut antequam ad metrorum ordinationem textusque elimationem accederemus, sensum locorum, singularem eorum indolem aliasque, quae eo spectant rationes, penitus exploraremus, animoque reputaremus. Quasi non penderet ab iis rebus ars critica! Quasi aliter ea digna esset, quae tam praeclara ingenii divini monumenta amplecteretur! Sed haec hactenus. Si in praelusione nostra paullo longiores et acerbiores facti simus, causae ipsius, quam defendimus, amplitudo nos excusabit. Nempe disertis verbis declarandum erat, quomodo omnia haberent. Ad descriptionem metrorum transgrediamur, et ad singula examinanda.

Stropha et antistropha prima.

–́ ⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ –́ . –́ ⏑ ⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ –́
–́ ⏑ ⏑ ⏑ –́ –

.. .. –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ –́   .. .. –́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏒́
–́ ⏑ ⏑ ⏑ –́
⏖́ ⏑ – –
.. .. –́ ⏑ ⏑ –́ ⏒

v. 597. Verbum ἀΐειν ob quantitatis varietatem notatu dignum est. Nam non solum α interdum a tragicis corripitur, de quo vide Seidlerum ad Eurip. Tro. 156. et Blomf. ad h. l. sed etiam ι productum est raro, ab epicis scilicet. Conf. Spohn. ad Hes. Op. et D. 215. — Schol. A. ἄρα ἀκούει μοῦ ὁ μακαρίτης θεὸς Δαρεῖος, ὁ ἰσόθεος βασιλεύς, ἱέντος καὶ πέμποντος τὰ βάρβαρα λόγια σαφηνῆ καὶ σαφῆ; οὐ γὰρ δυσνόητα ταῦτά φημι τὰ ποικίλα βάγματα καὶ φωνήματα, τὰ αἰανῆ καὶ σκοτεινά, καὶ θλίψιν καὶ ἀχλὺν ἐμποιοῦντα τοῖς κλαίουσιν. Ἰστέον δὲ ὅτι μακαρίτης ὁ τεθνεώς, μακάριος ὁ ζῶν.

v. 600. Lachmannus, qui (De chor. syst. II. cap. XIII.) non absimili ratione atque nos hanc stropham descripsit, scite ad h. v. annotat: „Paeonas his metris inserere tum primum, ni fallor, ausus est Aeschylus. Id novum fuisse ex his verbis intelligere videor: παναίολ᾽ δύσθροα βάγματα.“

v. 601. Post διαβοάσω in Ald. nullum interpunctionis signum, in Turn. colon exstat, quod resumsimus.

v. 603. Locum bene illustrat Schol. A. ἀλλὰ σύ μοι, ὦ γῆ, καὶ ἄλλοι ἡγεμόνες τῶν χθονίων καὶ τῶν νεκρῶν, τὸν μεγαλαυχῆ δαίμονα Δαρεῖον ἐρχόμενον ἐκ τῶν τοῦ ᾅδου δόμων αἰνέσατε, ἤγουν συναινέσετε καὶ συναρήξατε αὐτῷ τῷ ποιῆσαι τουτί. Τὸν καταχθόνιον οὖν Δαρεῖον αἰνέσατε ἐξ ᾅδου δόμων μολεῖν. Τὸν Σουσιγενῆ τῶν Περσῶν ἤγουν τὸν Δαρεῖον.

v. 604. Necessaria et ab omni parte egregia est codicis A. lectio μεγαυχῆ, cuius in locum homines sine sapore, et qui metrum non curabant, μεγαλαυχῆ, quod stare nequit, subrogarunt. Alii quos μεγαλαυχής „gloriosus, excelsus“ notare fugiebat, μεγαλαρχῆ, quod prosam redolet orationem, substituerunt. Quae vero ad μεγαλαυχῆ tuendum protulit Butlerus, nihili habemus.

v. 605. Schol. B. αἰνέσατ᾽] θελήσατε. ἀποδέξασθε. Post δόμων comma melius abest.

v. 606. Ne flocci quidem pendimus Blomfieldii suspicionem πέμψατε pro πέμπετε.

Stropha et antistropha secunda.

–́ ∪ ∪ –́ –́ ∪ ∪ –́ –́ ∪ ∪ –́ ∪ –́ ∪ – –
∪ ∪ –́ –́ ∪ ∪ –́ ∪ ∪ –́ –́ ∪ ∪ –́ –́
– ∪ ∪ – ∪ ∪ –́ ∪ – – –

v. 609. *Ἀνὴρ* non solum in melicis, quod demonstravit Lobeckius ad Soph. Aj. v. 1183. sed etiam in trimetro *α* anceps habere ostendit Wellauer. in Comm. Aesch. p. 68. Exemplis ibi allatis Aesch. Sept. adv. Th. 494. Eumen. 747. Eurip. Phoen. 1670. alia pauca addamus. Soph. Oed. Col. 630.

γῇ τῇδ' ὅδ' ἀνὴρ ὡς τελῶν ἐφαίνετο.

Brunck. et Schaef. *ἀνὴρ ὅδ'*, Reisig. et Elmsl. *ὅδ' ἁνὴρ* ex conjectura sua scripserunt. Ibidem 1486. ad fidem librorum veterum omnium legimus:

ἆρ' ἐγγὺς ἀνήρ; ἆρ' ἔτ' ἐμψύχου, τέκνα.

Brunck. vero *ὡνήρ*, Schaef. Reisig. Elmsl. *ἁνὴρ* vel *ἀνὴρ* emendarunt. In Trach. 391. legitur:

μίμν', ὡς ὅδ' ἀνὴρ οὐκ ἐμῶν ὑπ' ἀγγέλων.

Brunck. Schaef. *ἀνὴρ ὅδ'*, Erfurdt. *ὅδ' ὡνήρ*, Herm. *ὅδ' ἁνὴρ* ediderunt contra omnes libros. In Ajace 9. libri ante Brunckium omnes:

ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, κάρα.

Brunck. *ὡνήρ*, Lobeck. Schaef. Erfurdt. et Herm. *ἁνὴρ* substituerunt. Neque aliter monumenta omnia ibidem v. 1268:

εἰ σοῦ γ' ὅδ' ἀνὴρ οὐδ' ἐπὶ σμικρῶν λόγων.

lectionem antiquam eadem ratione, qua v. 9. tentarunt critici recentiores. Ibidem 1355. libri veteres omnes praebent:

ὅδ' ἐχθρὸς ἀνήρ, ἀλλὰ γενναῖός ποτ' ἦν.

Brunck. Lobeck. Schaef. transpositis verbis *ἀνὴρ ὅδ' ἐχθρός*, Erfurdt. et Herm. *ὅδ' ἐχθρὸς ἁνὴρ* adoptarunt. Porro ex Euripidis fabulis haec exempla in promtu sunt. In Med. 669. (Elmsl.) ante Porsonum legebatur:

σοφὸς γὰρ ἀνήρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε.

Pors. *ἁνήρ*, Elmsl. *ἁνὴρ* utrumque contra testes antiquos scripserunt. Ibid. 751.

οὗτος γὰρ ἀνήρ, ᾗ μάλιστ' ἐκάμνομεν.

libri antiqui retineri jubent. Brunck. ad Oed. Col. 1486. ὡνὴρ ex sola Aldina revocavit, Pors. ἁνὴρ dedit, quod in ἀνὴρ mutavit Elmsl. In Bacchis 449. ubi haec:

πολλῶν δ' ὅδ' ἀνὴρ θαυμάτων ἥκει πλέως.

Hermannus ἁνὴρ correxit ne monito quidem lectore. In Hel. 1222.

ποδαπὸς δ' ὅδ' ἀνήρ, καὶ πόθεν κατέσχε γῆν;

et in El. 49:

ἥν οὔποτ' ἀνὴρ ὅδε (σύνοιδέ μοι Κύπρις).

defendenda sunt ab omni corrigendi pruritu. Hinc satis putamus efficitur, vocis ἀνὴρ priorem syllabam etiam tragicis poetis ancipitem fuisse, verissimamque esse Valckenaerii ad Eurip. Phoen. 1650. opinionem, poetas Atticos pro lubitu primam in ἀνὴρ corripuisse vel produxisse. Adsentitur etiam Schneiderus De dial. p. 49. seq. uno tantum exemplo usus. — Spurium esse ἢ ante φίλος ὄχθος primus animadvertit Arnaldus. Rectissime, quoniam eo exstincto pulcherrima antistrophae evadit responsio. Ne vero nimis religiosi in librorum scriptura haereamus, commonendum est, locum *hunc* in optimis ipsis monumentis foede interpolatum inveniri. Quae ad retinendum particulae ἢ protulit Butlerus, ut refellamus, operae non pretium est. Glossema esse τάφου post ὄχθος, alii jam intellexerunt. Neque id agnoscit Schol. B. Voci ὄχθος punctum lenius adposuerunt editores aevi nostri. Id suadentibus et sensu et metro in comma mutavimus.

Quae uno versu complectimur, in duos dispescit Hermannus, qui in Elem. doctr. metr. p. 714. voces: φίλα γὰρ κἀκεῖθεν ἤθη pro Anacreonteo descripsit. At uno systemate Anacreonteum cum choriambo, quia metrum utrumque nullam habet cognationem, non conjunxerunt poetae. In edit. Blomf. Lipsiae repetita ἤδη ni fallimur typothetae, non editoris est. Reliquum est, ut commonefaciamus, ter iteratum φίλος excellere pulchritudine quadam et propria elegantia, quod itidem in thesi choriambica adhibitum appareat.

v. 610. In unum conjugavimus versum, quae sine causa in duos distraxerunt Hermannus l. c., Porsonus et Schuetzius 2. Alia etiam pejore metri constituendi ratione usus est Herm. De metris III. p. 427. — Brun-

ckius primus ex vestigiis codicis A. ἀνέης eruit, quam emendationem egregie tuetur cod. Par. 2886. quem eundem esse atque eum, quem Ask. D. Butlerus, L. Blomfieldius notavit, pro certo habemus. Variae autem lectiones errore lenissimo ex genuina corruptae sunt, ut ἂν εἴη et ἀνίη inter quas secundum pronuntiationem Reuchlinianam nulla diversitas exstat. In aliis libris ἀνίει exhibetur, quae correctio genuinae scripturae esse videtur, nisi et ipsa ex pronuntiatione Reuchliniana originem duxerit. Sed optativum, si sensum examinamus, omnibus nominibus imperativo anteferendum esse, infitias non ibimus.

v. 611. Turpissime hic versus ab editoribus et criticis foedatus est. Ex quibus nonnulli id eo consilio fecisse videntur, ut quo tandem usque audaciae et temeritatis progredi possent conarentur. Nihil sane Aeschyli spiritu dignius invenitur quam vulgata scriptura. Namque diphthongus in Δαρεῖον facile corripitur, quae Hermanni etiam est sententia. Vide De metris p. 427. Nos quidem, quomodo οἷον tolerabiliter excusari possit, cum vix percipiamus, ex Schol. A. et B. οἶον revocavimus. Adspersit autem Schol. A: τὸν μόνον γενόμενον βασιλέα διὰ τὸ κηδεμονικόν. Sed melius οἶον enucleat Schol. B. τὸν μέγαν ἢ τὸν μόνον τῷ ὄντι βασιλέα. Caeterum quam facile οἷον in οἶον delapsum sit, non est quod moneamus. — Porro Δαρειᾶν insolentiorem accusativi formam pro Δαρεῖον in antiquissimis exstitisse libris testantur Scholiastae, quae res, quo minus de emendatione cogitarent, deterrere debebat aevi nostri criticos. Haec est nota Schol. B. ad Δαρειάν] οὐ μόνον Δαρεῖος ἀλλὰ καὶ Δαρειὰν γράφεται. Quid? Num de ea forma dubitari licet, quam ad unum omnia monumenta asservant? Quae repetitur etiam v. 621. 628? Quovis pignore certarimus, consulto et cogitato vulgari nominis formae pro loci gravitate et insigni sublimitate exquisitam et inusitatam formam anteposuisse Aeschylum. Conf. de forma Δαρειὰν Mori Exam. quorund. locor. Xen. Hist. Gr. c. IV. p. 30. Quid de Hermanni conjecturis παρεῖναι et Δαρειᾶνα sentiamus, ex iis, quae diximus, elucet.


v. 612. Abreschii emendatio πώποτ' est depravatio. Omnes libri πότ' praebent, quod reduximus. —

Post ἄταις punctum posuimus, qua ob strophae responsionem, qua ob sequentia θεομήστωρ δ'.

v. 613. Cum Hermanno in Epit. doctr. metr. p. 276. θεομήστωρ δ' revocavimus. Brunckii correctio τ', quamvis eam collaudet Blomfieldius, ob sensus quam efficit inconcinnitatem repudianda est. Etiam gravior fit enuntiatio iterata conjunctione δέ, atque accuratior strophae in qua Ἀϊδωνεὺς δ' legitur exoritur responsio. — Θεομήστωρ dictum est pro θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος et Διΐ μῆτιν ἀτάλαντος, Hom. Il. II. 636. VII. 366. et aliis locis. Schol. B. θεὸς κατὰ τὰς βουλάς. Schol. A. τὰ θεῖα βουλόμενος.

v. 614. Ex Cant. 1. et Schol. B. ἐπωδώκει resumendum censuimus. Etenim, si recte videmus, nihil est ἐποδώκει. Deinde metrum longam efflagitat antepenultimam syllabam. Denique boni testes ἐπωδώκει commendant. At cur verbum ἐποδοῦν pro ἐφοδοῦν repudient Britanni, ex inepta eorum superstitione, qua Ionicas reformidant formas, sequitur. Quoties Ionicae dialecti formae in tragicis reperiuntur! Ecquid ἔσκεν Attica forma est? Profecto ad huius cantici indolem nihil aptius excogitari potest, quam alienarum vocum usus.

Stropha et antistropha tertia.



De hac stropha et antistropha uberrime disputavit Seidlerus De vers. dochm. p. 12. 29. 87. 124. 163. 170. 190. 278. inprimis autem p. 197. seq. Quae proposuit V. C. ita a vero proxime absunt, ut pauca tamen releganda videantur. Primo nobis quidem non persuasit, dochmiacum dimetrum nobis occurrere in his vocibus βαλὴν ἀρχαῖος, βαλὴν ἴθι ἴκου, et in his: ὅπως καινά τε κλύῃς νέα τ' ἄχη, quibus dochmiacus monometer, cui paeon primus hypercatalectus cum anacrusi iambica adhaeret, continetur. Quodsi ita constituamus versum,

et contractione brevium syllabarum, quae suam retinent mensuram, supersedemus et pausam quandam, quam ante *βαλὴν* ac *κλύῃς* requirit sensus, etiam metro exprimimus, et denique totius cantici indoli, ex qua concitatissimi numeri optime adhibentur, satisfacimus. Nam primi paeones dochmiis saepius intermiscentur; cuiusmodi paeones plures falso pro creticis attulit Seidlerus l. c. p. 124. Porro hiatus in *ἴθι ἶκου* ob exclamationem non minorem habet excusationem quam v. 986. v. 992. in *ἄνια ἄνια ἄνια*, in Soph. Philoct. v. 830: *ἴθι, ἴθι μοι παιών*, et in illo Horatiano: „O et praesidium et dulce decus meum.“ Quare minus considerate proponit Seidlerus: *ἴθ' ἴθ' ἶκου*. Deinde hos versus in stropha:

κροκόβαπτον ποδὸς εὔμα-
ριν ἀείρων, βασιλείου.

et in antistropha:

στυγία γάρ τις ἐπ' ἀχλὺς
πεπόταται· νεολαία.

male formavit, quia ne frangantur voces cavere, et quas sensus comprehendat, versu etiam connectere, nec vero dilacerare nos decet. Neque minus displicet, quod *τιήρας* lectionem deteriorem amplexus est Seidlerus. Quod autem ultimum versum attinet, eum non cum Seidlero ex cretico et dochmiaco hypercatalecto, sed cum Hermanno (Elem. doctr. metr. p. 268.) ex paeone primo et dochmiaco constare opinamur, quoniam in hoc cantico plures, quantum videmus, quoque ducit tota melici nostri constitutio, paeones usurpavit Aeschylus. Exclamationem extra versum posuimus. Etenim hypercatalecti dochmiaci antepenultimam brevem conservant poetae. Vide Herm. Elem. doctr. metr. p. 255. et Epit. doctr. metr. p. 97.

v. 615. Schol. B. *βαλήν*] *βασιλεὺς κατὰ Θουρίων γλῶσσαν, ὥς φησι Εὐφορίων.* Neque aliter Schol. A. cuius annotatio omnino lectu dignissima est. *Βαλὴν ἀρχαῖος*] *Βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον. Ὅθεν καὶ βαληναῖον ὄρος, ὅ ἐστι βασιλικόν· φησὶν οὖν, ὦ ἀρχαῖε βασιλεῦ ἴκου καὶ παρεγενοῦ καὶ ἐλθὲ ἐπ' ἄκρων κορύμβων ὄχθου, ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐξοχὴν καὶ περιωπὴν τοῦ τάφου, ἀείρων καὶ ἐπαίρων καὶ κινῶν τὴν εὔμαριν, καὶ τὸ ὑπόδημα τοῦ ποδός, κροκόβαπτον καὶ ἐρυ-*

θροῦν (ἔστι δὲ τοῦτο περίφρασις) πιφαύσκων καὶ δεικνύων καὶ ἀναφαίνων τὸν φάλαρον καὶ τὸν λόφον τῆς βασιλικῆς τιάρας καὶ περικεφαλαίας. Περιφραστικῶς δὲ τὸ στέμμα φησί. Conf. praeterea Sext. Empir. adv. Mathem. I. 313.

v. 621. 628. Mirifice tentatos et interpolatos esse hos versus concedet quisque, qui accuratius recentiorum emendationes cum librorum scriptura contulerit. Omnia ut circumspiciamus et perpendamus, nihil sincerius esse vulgata lectione confiteri debemus. Quoniam vero virorum doctorum commenta fusius refellere nos taedet, nonnisi περῶν et Δαρεῖ᾽ ἄνα digna censemus, quae in contemplationem vocari possint. At περῶν mera est correctio veterum criticorum allocutione πάτερ tanquam indecora, iniuria offensorum. Atque ἄνα Homeri tantum proprium est, neque ab eo usurpatur nisi in formulis his: ὦ ἄνα et Ζεῦ ἄνα. Falso etiam suspicantur Siebelis, Blomfieldius, alii Scholiasten A. ἄνα in suo exemplari legisse, quandoquidem is vocem δέσποτα circumscriptionis gratia addidit. Neque vero absimile existimamus, δέσποτα ad πάτερ spectare, ita ut dicere voluerit Scholiastes, πάτερ h. l. suaviorem et majoris verecundiae appellationem esse pro δέσποτα. Nihil autem a tragoediae dignitate magis absonum exstat, quam illud ἰαυοῖ, quod ex Aristoph. Ran. 1052. subrogavit Blomfieldius. Hem! non sensit Britannus per parodiam comicam hunc locum innuisse Aristophanem. Vide Seidlerum in Censura ed. Blomf. in Ephem. Jen. 1816. No. 105. p. 364.

v. 622. Ingeniosior quam utilior Blomfieldii emendatio est καινόκοτα. Nam bene se habet dochmius: ὅπως καινά τε. Consulas Seidlerum De vers. dochm. p. 189. 190. et Hermanni Elem. doctr. metr. p. 244. et Epit. doctr. metr. p. 92. Praeterea ne hoc quidem Blomfieldio concedas, Scholiasten A. καινόκοτα legisse videri. Scilicet ἀλλόκοτα ad νέα referendum est.

v. 627. Nescimus an κατόλλυμι verbum h. l. a poeta ex ingenio suo depromtum spiritu eius sit dignissimum. Nempe notat: „pereo et sub terram abeo" i. e. ὀλωλὼς κατὰ τῆς γῆς παροίχομαι. Quo pacto Blomfieldii acumine non opus esse apparet. Etenim lectio γῆς correctio est critici antiqui moribus et ingenio Blomfieldii simillimi. — Docte locum exponit Schol. A.

ἐπιτετάνυσται γὰρ καὶ ἐξήπλωται στυγερὰ καὶ μισητή τις ἀχλὺς καὶ θλίψις. Πᾶσα γὰρ νεολαία καὶ ἡ τῶν Περσῶν ἡλικία καὶ νεότης ἐξαπόλωλε καὶ παρῴχετο.

Epodus.

–́ – – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ ⏑ ⏑ –
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑   ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑   –́ –
⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ –   ⏑ ⏑ –́ – –
– –́ – –
–́ – – –   –́ – –
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ ⏑

Scimus quidem longas syllabas, quae in loco nostro frequenter occurrunt, numeri dochmiaci commonere, at obstant et adversum tenent totidem breves quae inveniuntur syllabae, neque credibile est, undecim breves syllabas ne una quidem intercedente longa syllaba in dochmiacos adhiberi potuisse. Porro si dochmios conformare velis, quomodo singulos apte et vocum sensui congruenter describas, frustra sudabis. Postremo si totius melici rationem et scopum accuratius examinatum habes, concitatiores et vehementiores numeros sedatioribus et gravioribus magis congruere cum ingenti animi afflictu et desperatione, infitias non ibis. Contra maximam senum perturbationem multis brevibus syllabis praeclare exprimi, nemo non videt. Aequi autem animi sunt dochmiaci numeri, non desperantis, nec quo se vertat habentis. Quare cum in praecedente stropha dochmiis usus sit poeta, quod ei loco accomodatum metrum erat, paeones iis adspersos videmus, ne in majorem delaberetur sententia tranquillitatem. Unde dactylicum, anapaesticum et paeonicum metrum hic dominari omni ratione concluditur. Suadet numerus, qui in verbis est, suadent syllabae breves, quae melius commodiusque in paeonicum quam in dochmiacum rediguntur numerum. Nam arsin paeonicam solvi potuisse non negat Hermannus, quamquam exempla solutionis ante oculos habuisse non videtur. Conf. Elem. doctr. metr. p. 507. et Epit. doctr. metr. p. 179. Satis notum praeterea est, paeonicos versus ab iambica anacrusi incipere licitum esse. Conf. Herm. ll. cc. Quae licentiae in loco nostro maxima mentis concitatione insigni

virtutibus poeticis sunt adnumerandae. Postremo longae quae exstant syllabae non minus cum dactylico et anapaestico quam cum dochmiaco conspirant numero. Accedit quod satis idonea versuum singulorum terminatio finisque conjecturam nostram approbant. Exeunt nempe, et si recte videmus aptissime, versus post *θανὼν* et *τᾷδ'* ob interpunctionem, post *σᾷ* et *διαμαρτία* propter constructionem interpellatam et abruptam. Itaque salebras explanatas existimamus, conservata librorum scriptura, sensus et metri expositione addita. Repudiamus igitur quaecunque aevi nostri critici de hoc loco somniarunt. Sed haec hactenus. Nunc ad singula jam transeamus.

v. 631. Vulgo *δυνάστα δυνάστα*, quae lectio procul dubio correctio est criticorum leges metricas nihil curantium. Nam Schol. A. *δυνάτα δυνάτα* legit annotatque: *τὸ δὲ δυνάτα ἀντὶ τοῦ δυνάστα*. Adsentiuntur Vict. et partim Viteb. cuius scriptura est *δυνάτα δυνάστα*. Suspicamur etiam in Med. legi *δυνάτα δυνάτα*. Licet Blomfieldius contendat, *δυνάτα* pro *δυνάστα* poni negare linguae rationes, cum *δυνατὸς* sit „potens", *δυνάτης* cur „dominus" notare nequeat, plane non assequimur. Numquam praeterea oblivisci debemus, tales audaces formationes non ex grammaticorum placitis, imo vero ex sublimi Aeschyli ingenio, praesertim hoc in carmine diiudicandas esse. Luce vero clarius est, quam facile genuina lectio in deteriorem corrupta sit. Quapropter si eam postliminii jure condonamus, Blomfieldii emendationi locum denegamus.

v. 632. Vulgata *διάνοιεν*, cum sensu careat idoneaque destituta sit auctoritate, merito relegatur. Altera optimis testimoniis confirmata lectio *διάγοιεν* in *διάγοι* mutari debet, cuius rei jam explicaturi sumus argumenta. Mirum sane est, in libris sat multis quod legitur *δ' ἀμάρτια*. Conjunctionem plane ineptam silentio praeterierunt et expunxerunt editores recentiores. Verum eorum erat enucleare, quomodo irrepserit ista particula. Neque dissimulamus scrupulum, qui nobis inhaeret. Nempe *διαμαρτία* in antiquissimis libris exhibitum fuisse verisimillimum est. Quid? affirmat suspicionem nostram Schol. B. lectio eiusque interpretatio. Videlicet: *τὸ δαμάρτια δέ, διαμάρτιά ἐστι, καὶ κατὰ συναίρεσιν γέγονε*

δαμάρτια. Quamquam accentum male posuit Scholiastes, qua re Schneiderus in errorem implicitus est, ut vocem, quae nihili esse videtur, hinc lexico suo inferret, διαμάρτιον; atque in eo errat interpres graecus, quod διαμαρτία per synaeresin mutari posse credit in δαμαρτία, hoc tamen ex eius nota elucet, genuinam lectionem διαμαρτία latere in his corruptelis δαμάρτια et δ' ἁμάρτια. Lectio autem ἁμαρτήματα pro interpretamento habenda est. Quodsi ergo διαμαρτία jure recepimus ex metricis aliisque rationibus διάγοι scribere coacti sumus. Patet enim singularem ob διαμαρτία unice verum esse, pluralem corruptelis ἁμάρτια etc. deberi. Inde sequitur, etiam διδύμα non δίδυμα locum hic habere. Aliam praeterea ad manum habemus rationem, qua διαμαρτία non solum defendimus, sed etiam commendamus. Numeri qui in vocibus inest elegantia, quae oritur ex syllaba δι in thesi anapaestica ter repetita idque in iis vocibus, quibus plurimum enuntiationis pondus continentur, nobis quidem ac speramus omnibus, qui tritis auribus utuntur, pulcherrima esse videtur maximeque arridet. Monendum etiam est, ι in διαμαρτία accentus ope, quod in talibus perquam est usitatum, produci. Consulas Herm. ad Aristoph. N. v. 1003. De metris p. 81. seq. Elem. doctr. metr. p. 56. et Epit. doctr. metr. p. 35. seq. — Postremo subtilis optativi usus, quem in hoc loco apprehendis, notandus est. Is modus in obliqua quasi oratione positus est, nam ante τί τάδε cogitatione suppleas λέγε. Calci huius notae addimus nos nescire, quid sit διάνοι' vel διάγοι', quod proposuere critici nonnulli.

v. 634. Notanda est elisio syllabae αι in perf. pass. Conf. Lobeck. ad Soph. Aj. p. 427. Buttm. Gr. gr. ampl. p. 127. Schneid. De dial. p. 33. seq. et quae dicta sunt ad v. 150. Quare ἐξέφθινται interlinere non opus erat Blomfieldio.

v. 635. Valde flaccescit oratio et futile redditur metrum, si νᾶες ἄναες νᾶες legitur. Tum librorum major auctoritas, tum alacrior sententiarum incessus, tum metrica ratio scripturam, quam exhibuimus adoptari non suadent solum, sed efflagitant etiam. Post alterum ἄναες interrogationis signum posuimus, et supplemus ad totum hoc κῶλον e superioribus τί, ita ut epodi haec sit

sententia: „Vae, vae, vae, vae! O magnopere flebilis amicis mortue! Dic quam ob rem domine domine gemina clades (sc. maritima et pedestris) haec (i. e. tanta mala) adducat universae tuae huic terrae? Quare perierint triremes naves nenaves?" Quae explicatio nisi fallimur bene concinit cum v. 595.

v. 636. Ὦ πιστὰ πιστῶν. Recte Wunderlich. Obs. critt. in Aeschyl. p. 146. „geminatio eiusdem adjectivi pro superlativo est," apte cum nostro loco conferens Soph. El. 849. δειλαία δειλαίων κυρεῖς. Adde Oed. R. 465. ἄῤῥητ' ἀῤῥήτων. Oed. Col. 1237. πρόπαντα κακὰ κακῶν. Phil. 65. ἔσχατ' ἐσχάτων κακά. Ex fabula nostra v. 972. δόσιν κακὰν κακῶν. Nolimus Hermanno ad Soph. Trach. 330. credere, haec ad Orientis exemplum dicta esse, licet non ignoremus, ita loqui solere Hebraeos et Arabes. Vide Gesenii Systema gramm. hebr. p. 692. c. Nam ista loquendi ratio ita ex ipsius rei natura petita est, ut Graeci ad eam inveniendam ad Orientis imitationem confugere debuisse non videantur. Qui enim „fidus" vocatur „inter fidos", is praestet reliquis fide necesse est, unde patet, eam loquendi rationem a superlativo non differre. Eadem mens fuit Scholiastae B. qui adscripsit: ὥσπερ φάμεν κάλλιστα καλλίστων βουλόμενοι μεγίστην ὑπεροχὴν δηλῶσαι, τοιοῦτό ἐστι καὶ τὸ νῦν τὸ πιστὰ πιστῶν. Δηλοῖ δὲ ἐντεῦθεν τὴν θαυμασίαν καὶ μεγίστην αὐτῶν πίστιν, ἣν πρὸς αὐτὸν ζῶντα ἐκέκτηντο καὶ θανόντα ἔχουσιν. Hinc sequitur longe a vero aberrare Blomfieldium, qui legendum esse pene suspicatur: ὦ πιστὰ Περσῶν, collatis v. 1. huius fabulae: τάδε μὲν Περσῶν πιστὰ καλεῖται, et v. 143. Περσῶν γηράλεα πιστώματα. Invenuste saltem in hac insuper inutili et temeraria mutatione Πέρσαι in proximo versu repeteretur. Errasse etiam videntur et Stanleius, qui Scholiasten A. sequutus (cuius verba sunt: ὦ ἐκ πιστῶν πατέρων πιστοὶ υἱοί), vertit: „o fida proles fidelium patrum" et Schuetzius, explicans: „o fidi fidorum dominorum consiliarii." Utraque explicatione infertur aliquid poetae verbis, quod non inest.

ἥλικές θ' ἥβης ἐμῆς. Ex Elmsleii canone (ad Euripidis Med. 940. p. 241. ed. Lips.) hoc loco scribi deberet ἥλικες δ' ἥβης ἐμῆς. Putat enim, ubi duobus nominibus appelletur eadem persona, non posse τὲ poni, sed debere δέ, vel etiam plene μὲν — δέ. Et δὲ in tali re supra habuimus v. 122:

ἀλλ'

ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς
φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως,
δέσποινα δ' ἐμή· προσπιτνῶμεν.

Alia praeterea multa exempla protulit Elmsleius, ubi adversativa particula ita reperitur. Sed, licet negari nequeat, recte sic dici, tamen haud minori jure etiam copula adhiberi potest. Hermannus in Censura p. 382. arctioribus finibus Elmsleii doctrinam circumscribens, μὲν — δὲ necessario poni contendit, ubi describatur aliquis, et qualis sit indicetur: μὲν autem posse etiam omitti. At ne hoc quidem verum est, neque ulla satis certa ratione fultum. Siquidem in Platonis Protag. p. 310. A. ubi est descriptio, non minus recte diceretur Ἱπποκράτης ὁ Ἀπολλοδώρου υἱός, Φάσωνός τε ἀδελφός. Ut enim in his non fortis et vehemens continetur oppositio particulis μέν et δέ, sed proxime ad copulam accedens, ita eius oppositionis loco etiam copulativa particula poni potest. Sic in Aeschyli Agam. 1585. recte dicitur:

πατέρα Θυέστην τὸν ἐμόν, (ὡς τορῶς φράσαι)
αὐτοῦ τ' ἀδελφόν.

i. e. „Thyesten, qui meus pater ipsiusque frater est" neque ibi emendare debebat Elmsleius δ' pro τ'. Similiter in Eurip. Andr. 24:

Ἀχιλλέως παιδί, δεσπότῃ τ' ἐμῷ.

quem locum eodem modo mutare voluit Elmsleius. Τὲ in talibus explicat, quod „simul" est, ubi latini „idemque" dicere consueverunt. Haec omnia pro lubitu ad unam revocare normam, id quidem est argutari. Sed satis dictum est de Elmsleii commento.

v. 639. Blomfieldius τήνδ' ἐμὴν scribens „τὴν ἐμὴν, inquit, leviter correxi." Sane perquam leviter, non enim opus est ulla mutatione. Notum quidem est omnibus, saepe pronomen ὅδε poni, ubi praesentia alicuius significetur, scilicet pro ὧδε. At quis inde efficiat, semper ubi de personis praesentibus sermo est, ὅδε dicendum esse? Quare et nostro loco et Choeph. 15.

καὶ γὰρ Ἠλέκτραν δοκῶ
στείχειν ἀδελφὴν τὴν ἐμὴν πένθει λυγρῷ
πρέπουσαν.

nihil mutandum est. Caeterum post πέδον non plene

interpunximus, neque post ἐδεξάμην. Haec omnia enim a στένει usque ad καλεῖσθέ με protasin constituunt eius, quae tunc sequitur, apodoseos. λεύσσων τάρβῶ ita intelligendum est, ac si τάρβῶν λεύσσω dictum esset. Aoristus ἐδεξάμην indicat, omnia praesentia, quae sunt in hac protasi pro praeteritis esse accipienda. Eo autem consilio praesentia usurpasse videtur poeta, ut metu commotum Darii animum insigniret.

v. 640. Pro πρευμενεῖς Schuetzius et Blomfieldius ad v. 192. dubitarunt, an alteram lectionem πρευμενὴς reciperent. At neque hic aliquid mutandum, neque supra v. 192. et v. 573. lectiones πρευμενῶς et εὐμενεῖς tentandae. χοαὶ πρευμενεῖς sunt libationes mitigantes et Darium benevolum reddentes, significatione activa, quam optime percepit Schol. A. ἱλαστηρίους interpretatus.

v. 643. καλεῖσθε recte recepit Blomfieldius. Post γόοις comma delevimus, οἰκτρῶς enim pertinet ad ὀρθιάζοντες.

v. 646. ὅμως δ' ἐκείνοις ἐνδυναστεύσας ἐγώ. Multi sunt ad h. l. Brunckius et Blomfieldius, ut demonstrent, reges apud inferos quoque ex veterum opinione imperium in mortuorum simulacra seu animas exercere, et magna in dignitate esse. Sed haec nulla ratione huc pertinent. Nam hoc loco ἐκείνοις pertinet ad τοὺς κατὰ χθονὸς θεούς, de quibus illi reges mortui haudquaquam imperium exercere credebantur. Fallitur itaque etiam interpres, vertens: „principem inter illos locum obtinens." Viam quasi ad veram explicationem monstrat locus Xenophontis Hist. gr. VII, 1, 42. προσπεσόντων δ' αὐτῷ τῶν βελτίστων ἐκ τῆς 'Αχαΐας, ἐνδυναστεύει ὁ 'Επαμινώνδας, ὥστε μὴ φυγαδεῦσαι τοὺς κρατίστους, ubi ἐνδυναστεύειν est „auctoritate sua perficere." Eadem potestate dicitur καταδυναστεύειν, vide Wesseling. ad Diodor. p. 599. ἐνισχύειν, Diodor. XIII. 101. Adsentitur Schol. A: ἤτοι μέγα κἀγὼ δυνηθεὶς παρὰ τοῖς κάτω θεοῖς οἷα βασιλεύς, καὶ παρ' ἐκείνων τιμώμενος καὶ μὴ λογιζόμενος ὡς οἱ κοινῶς ἀποθνήσκοντες, ἥκω. Quare hoc nostro loco vertendum est: „Nihilominus tamen auctoritate mea apud eos perfeci, ut venirem." Honorant enim Darium, tanquam potentissimum olim regem Dii inferorum.

v. 647. Non apud senes Persas propter temporis

moram ne sibi culpam aliquam contraheret, timuit Darius, sed apud Deos inferorum. Neque inepte se properasse monet, scilicet ut intelligant senes, se etiam nunc tempori parcere debere. Itaque τάχυνα δ' ὡς ἄμεμπτος ὦ χρόνου non solum ad praeteritum, sed etiam ad praesens et futurum spectat. Neque aliter aoristi cum conjunctivo consociatio excusari potest. Quapropter τάχυνα h. l. et „properavi" et „propero" notat. Sensus igitur est „properavi autem et cum diu commorari non concessum sit mihi, quae velitis breviter exponatis, ut immunis sim a culpa morae diutius tractae." Accinit v. 653:

μή τι μακιστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον λέγων
εἰπέ·

Ita librorum lectionem bene defendi credidimus. Quae excogitarunt critici nonnulli, iis redonat poeta noster. De augmento neglecto vide ad v. 281. Conf. Herm. Elem. doct. metr. p. 121. et Praef. ad Eurip. Bacchas p. XIV.

v. 648. τί δ' ἐστὶ Π. ν. ἐμβριθὲς κακόν; Sic scripsimus, non autem τί δ' ἔστι κ. τ. λ. nam ἐστὶ pertinet ad adjectivum ἐμβριθές, quocum conjunctum valet idem quod ἐμβρίθει. De mensura vocis νεοχμὸς vide Brunck. ad Soph. Antig. 156.

Stropha et antistropha.

⏑ ⏑ ˊ– ˊ– ⏑ ⏑ ˊ– ˊ–
⏑ ⏑ ˊ– ˊ– ⏑ ⏑ ˊ– ˊ–
⏖ ˊ– – ˊ– ⏑ ⏑ ˊ– ˊ–

Versus tertius est anacreonteus generis tertii, quod insigne est anapaestis admistis. Conf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 497. 498. Epit. doctr. metr. p. 177. Nolis tamen credere, unum tantum anapaestum adspergi solitum esse. Cf. v. 87. 89. 90. 92. Neque opus est cum Blomfieldio sic describere versus:

σέβομαι μὲν προσιδέσθαι, σέβομαι δ'
ἀντία λέξαι
σέθεν ἀρχαίῳ περὶ τάρβει.

Qua ordinatione metra pessumdantur. Utrum anapaesticos an ionicos versus constituere voluerit Blomfieldius, iure dubitas. Si anapaesticos, offendunt tales pe-

des ⏑⏑–́ –⏑́⏑, quales nunquam in unam dipodiam conjungantur, sin autem ionicos vel anacreonteos medius versiculus molestissimus est. Schol. C. ἑξῆς δὲ τούτων κῶλα τοῦ χοροῦ ἀναπαιστικὰ γ'· ὧν τὰ β' δίμετρα βραχυκατάληκτα· τὸ δὲ γ' δίμετρον καταληκτικόν, ἤτοι ἑφθημιμερές, ὃ καλεῖται παροιμιακόν. At dimetri brachycatalecti nusquam occurrunt.

v. 652. Non est negligenda quatuor codicum lectio ἥκω pro ἦλθον, quam si in pluribus occurreret libris, reciperemus. Eo enim, quod paulo ante v. 647. legitur ἥκω, tantum abest, ut suspecta reddatur, ut potius adjuvetur et commendetur ea scriptura. Conf. notam ad v. 222.

v. 653. Blomfieldius ex paucis MSS. suscepit in textum lectionem μακιστῆρα, conferens Aesch. Suppl. 469:

ἤκουσα μακιστῆρα καρδίας λόγον.

Sed eo loco μακιστῆρα omnino aliam significationem habet, quam quae nostro in loco obtinet. λόγος μακιστὴρ καρδίας est i. q. δηκτικὸς καρδίας (vide Schol. ad l. c.), atque huc pertinet glossa Hesychii μακιστήρ, βέλος. Hac potestate vox omnino a μᾶκος derivari nequit; quare nos quidem cum F. Passovio utramque formam μακιστὴρ et μακεστὴρ plane diversam dixerimus, quarum hanc bene explicant Schol. A. et B. alter μήκους ἐχόμενον alter μακρὸν addito. Quod sit vocis μακιστὴρ etymon nescire nos fatemur, atque haeserunt in eo multi interpretum ad dictum Supplicum locum; non haesit nuperus editor Wellauerus, qui ibi adscripsit: „μαστικτῆρα conj. Stanl. et et rec. Burgess. *sine causa.*" Cur vero sine causa factum sit, et quid ipse de voce μακιστὴρ statuat, lectoribus suis pro more suo invidit. Hoc nimirum est sapere.

v. 654. τὴν ἐμὴν αἰδῶ pro τὴν ἐμοῦ αἰδῶ „reverentiam erga me". Schol. B. ἤγουν τὴν πρὸς ἐμὲ ὑποστολήν. Eadem ratione pronomen possessivum adhibitum habet Prom. v. 393. θρῆνος σὺμὸς i. e. lamentatio de me. Soph. Oed. R. 969. τῷ 'μῷ πόθῳ. Oed. Col. 419. τοὐμοῦ πόθου. Eurip. Andr. 660. προνοίᾳ τῇ σῇ. Hippol. 962. δυσμενείᾳ σῇ. Omnibus his exemplum est Homerus Il. XIX. 321. σῇ ποθῇ.

v. 655. χαρίσασθαι. Schuetzius in versione latina

locum nostrum sic expressit: „Vereor tibi gratificari, vereor coram tecum loqui, praesertim cum mihi, quae amicis aegre dicuntur, dicenda sint.“ Sic jam Schol. B. qui χαρίσασθαι explicat τὸ σὸν θέλημα τελέσαι. At ita minus perspicitur, quid velint sibi adversativae particulae μὲν et δέ. Quare praeferimus interpretandi viam, quam praeivit Schol. A. δέδια μὲν τὰ κατὰ χάριν εἰπεῖν σοι ἐφ᾽ ᾧ θέλξαι τὴν σὴν ψυχήν, δέδια δὲ καὶ ἀληθεῦσαι· λυπηθήσῃ γάρ. Vertamus ergo: „Vereor quidem permulcere, vereor autem contraria dicere, cum mihi, quae aegre dicuntur amicis, dicenda sint.“

v. 656. φάσθαι. Ita recte scripserunt Porsonus et Blomfieldius pro φᾶσθαι, quod est in prioribus editionibus. Nam φᾶσθαι esset a φάομαι, quod verbum est nihili. Similiter alibi quoque peccatum est, ut in διαπτᾶσθαι Eurip. Med. init. pro διαπτάσθαι, ad quem locum consule Elmsleium p. 61. ed. Lips. Caeterum hic locus fugit Buttmannum, qui Gramm. ampl. I. p. 563. φάσθαι et ἐφάμην apud Atticos inveniri negat.

v. 658. δέος παλαιὸν i. e. „antiqua reverentia, quam me vivo habere solitus es.“ Recte totius versus sententiam ita expressit Schol. A. ἀλλ᾽ ἐπεὶ φοβῇ, ἔασον τοῦτο. Blomfieldius: „ἀνθίσταμαι, quod verbum rarissime apud Tragicos reperitur, nihil aliud significare potest, quam *adversor, contra sto*, quo sensu cum dativo construitur. Quare cum Wakefieldio reponendum censeo notam formulam φρενῶν ἀνθάπτεται.“ Huius formulae tum aliquot exempla profert, quibus adde Eurip. Hel. 966.

καὶ σῆς μάλιστα καρδίας ἀνθάψεται.

Med. 1327.

τῆς σῆς γάρ, ὡς χρή, καρδίας ἀνθηψάμην.

At nescimus omnino, quid displicere possit in librorum lectione, modo construas ita: ἀλλ᾽ ἐπεὶ δέος παλαιὸν φρενῶν σοὶ ἀνθίσταται: „antiqua animi tui reverentia tibi obstat“, quominus sc. haec mala proloquaris. Sed σοὶ cum ictum habeat, et quodammodo oppositum sit versui seq. i. e. Atossae, accentum retinere debet, id quod jam viderunt Porsonus, Botheus et Blomfieldius. Lectionem παλαιῶν tuetur Schol. B. παλαιῶν φρενῶν · τῶν πάλαι προσόντων σοὶ ὑπὲρ τῆς ἐμῆς αἰδοῦς λογισμῶν. Sed φρένας unquam ita dici non meminimus, ut sit i. q. λογισμοί. Vulgata multo aptior et elegantior est.

v. 660. Ex codd. duobus *κλαυσμάτων* restituimus. Conf. quae ad v. 393. annotavimus. Delicatioris scilicet aevi erat, *σ* ante *μ* extrudere. Atque exstant multa a *κλαίω* derivata, quae *σ* obtinent. — Cum Aldo et Robortello *τί μοι* scripsimus.

v. 661. *ἀνθρώπεια δ' ἄν τοι πήματ' ἄν τύχοι βροτοῖς.* Recte sic edidit Blomfieldius, Aldinae et MSS. quibusdam obsequutus pro *ἐντύχοι.* Non quidem propterea, quasi existimemus, *ἐντυγχάνειν* hoc loco omnino stare non posse, qua in re fallitur Blomfieldius, sed quoniam multo exquisitior est lectio *ἄν τύχοι.* De duplici *ἄν* omnia notissima. Ad *τύχοι* supple *ὄντα,* de quo ellipseos genere, probatis auctoribus satis usitato, vide Erfurdt. et Herm. ad Soph. Aj. 9. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 785. et in Ind. ad Eurip. v. *τυγχάνειν.* Heindorf. ad Plat. Phaedr. p. 306. Elmsl. in Museo crit. Cantabr. P. III. p. 351. Ita vero locum capias necesse est, ut stare possit dativus *βροτοῖς.* Caeterum totius loci hic est sensus: „Solent utique mortalibus humanae calamitates evenire." Lectu dignissima est nota Schol. *A*: *ὁ Δαρεῖος παραμυθούμενος τῇ αὐτοῦ γυναικί φησιν ὅτι πήματα τύχοι καὶ ἐπέλθοι οἷα πολλάκις ἐν τοῖς βροτοῖς. Ἢ οὕτως, ἀνθρώπινα καὶ οὐ κατὰ ἄν τοῖς βροτοῖς τύχοι καὶ ἐπέλθοι ἐν πήματι καὶ ἐν βλάβῃ. Ὡς γὰρ ἄνθρωποι πάσχουσι καὶ τὰ αὐτῶν πήματα, οὐ θεῖά τινα, ἀλλ' ἀνθρώπινα κέκληνται.*

v. 662. Editiones veteres *χέρσου* non *χερσοῦ* praebent, quod restituendum judicavimus.

v. 663. Ante Schuetzium omnes editiones *γίνεται* exhibuere, neque ulla codicum varietas nota nobis est. Eam verbi formam a poesi tragica non abhorrere, perspexerunt jam Wellauer. in Praef. ad Comm. Aesch. p. VI. et Schneid. De dial. p. 17. 18. Aliter quidem judicat Elmsleius ad Med. p. 67. ed. Lips., cuius verba sunt: „prava quidem scriptura, sed longe antiquior ullo qui hodie exstet codice." Unde hoc efficitur, pravam esse scripturam *γίνεσθαι, γινώσκειν* etc. si aut in plurimis aut in optimis MSS. inveniatur? Quid? Med. v. 14. 738. cum majori MSS. numero, tum praestantissimi Rom. A. auctoritate sententia nostra egregie stabilitur.

v. 664. Reducendum putavimus *εὐτυχῆ πότμον,* cum

ob auctoritatis claritatem, tum ob sensus efficaciam, tum ob vulgatae lectionis tenuitatem. Construas: ὦ βροτῶν πάντων ὄλβον ὑπερσχὼν εὐτυχῆ πότμον. Uterque accusativus ab ὑπερσχὼν pendet, licet ratione diversa. Nam alter est objectivus, alter respectivus. Tales copulationes quantum adamarint Graeci, cum omnibus notum sit, vulgatam lectionem pro interpretamento habemus.

v. 665. Lectio ὅς θ' ἕως, quam post Brunckium receperunt Schuetzius in ed. maj. et Blomfieldius, in duobus tantummodo legitur MSS. (Nisi fallit Blomfieldii fides, nam ex Cant. 2. (quem notavit M. 2.) profert utramque lectionem ὅς θ' ἕως et ὅς ἕως. Butlerus autem ex Cant. 1. 2. ὅς ἕως citat) et multo minori gaudet auctoritate, quam ὡς ἕως, quod praebent tum alii codd. tum Mediceus. Corrupta librorum paucorum lectio ὅς ἕως orta tantum esse videtur librariorum oscitatione ex ὡς ἕως, atque latius propagatum est vitium in Rob. ὅ ἕως. Metrum fulturus aliquis post ὅς inseruit θ', unde enata est cod. A. lectio. Sed hactenus de auctoritate externa, quae unice ὡς ἕως commendat. Iam alterius lectionis internam consideremus indolem. Qua in re neminem non offendere potest inconcinna et scabra oratio: ὅς τε διήγαγες, νῦν τέ σε ζηλῶ. Solent enim eaedem verbi personae repetita particula τὲ conjungi. Verum igitur existimavimus ὡς ἕως: „Quemadmodum, donec solis radios conspiciebas, ipse felix (ζηλωτός) vitam, in qua posita erat Persarum felicitas (βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις) ceu deus, transegisti, ita nunc quoque mortem tibi invideo, tot malorum conspectum antevertentem.“ Schuetzius, vulgatam scripturam minus bene se habere cum recte intelligeret, in v. 667. vitium residere existimavit. Itaque νῦν δέ σε ζηλῶ corrigendum esse censuit. Quod vero infeliciter propositum esse, omnibus nunc patet. Simili ratione usus est Boissonadeus (Wolfii Anal. III. p. 83.), ut textum elimaret. Scripsit νῦν γέ σε ζηλῶ, quod non magis locum obtinere potest.

ἔλευσσες ex Med. recte recepit Blomfieldius, probante etiam Reisigio in Comm. crit. ad Soph. O. C. p. 194. In Soph. Trach. 897. libri veteres ἔλευσσες, Tricliniani ἔλευσας praebent. Illud recte ab Hermanno restitutum.

v. 666. Blomfieldius suspicatur *βίοτον εὐαίωνα, Πέρσαις ὢν θεός, διήγαγες.* Cuius suspicionis causam non potuimus intelligere. Vulgatae lectionis sensus est: „vitam felicem tanquam Deus transegisti, quae simul Persis salutaris esset.“ Quo nihil h. l. potest esse accommodatius.

v. 668. Revocavimus omnium, quantum videmus, librorum lectionem *ἀκούσῃ.* — Praetulimus *ἐν βραχεῖ λόγῳ,* quibus vocibus accuratissime ad v. 653. *μή τι μακιστῆρα μῦθον, ἀλλὰ σύντομον λέγων εἰπὲ* respondetur. Deinde *χρόνῳ* non *λόγῳ* correctionem sapit, atque etiam alibi pro *λόγος* corruptela *χρόνος* in libris invenitur. Conf. Musgrav. ad Soph. Trach. v. 734. et Schol. ad l. c.

v. 671. Mira est Blomfieldii nota: „*Ἀθήνας* etc. Recte, nam sensus est *circa Athenas,* non *de Athenis.*“ At utroque sensu et dativus et accusativus recte haberet.

Ob octo codicum auctoritatem *κατέφθαρται* adoptavimus. Accedit quod v. 684. omnes testes in *κατέφθαρται* conspirant.

v. 672. Interpunctionem Schuetzianam:

τίς δ' ἐμῶν ἐκεῖσε παιδῶν ἐστρατηλάτει; φράσον.

immerito mutavit Blomfieldius, comma post *ἐστρατηλάτει* ponens. — Schol. A: *Ἡρόδοτος* (VII, 2.) *ζ' φησι Δαρείου παῖδας εἶναι, Ἑλλάνικος δὲ ιά.*

v. 674. Schol. B. *ἐμώρανε*] *μετὰ μωρίας ἐποίησε.*

v. 675. *στρατηλάτων* vel *στρατηλάτοιν* ediderunt Porsonus et Blomfieldius, quasi a recto *στρατήλατον,* quae vox desideratur in lexicis. Sicubi exstat, est adjectivum *στρατήλατος, ον,* quod nihil aliud significare potest, quam „per quem exercitus ducitur.“ Conf. *ἱππηλάτης* et *ἱππήλατος, ον.* Non igitur difficilis est in h. l. verae lectionis electio, quae nobis esse videtur *στρατευμάτοιν.*

Elmsleius ad Oed. Col. p. 169. n. ed. Lips. et ad Med. p. 215. ed. Lips. observat, *δυοῖν* apud Atticos duali semper jungi, *δύο* vero interdum et plurali. Regula haecce magis arguta, quam vera esse videtur. Quodsi enim *δύο* cum plurali conjungere potuerunt Attici (vide Soph. Aj. 237. *δύο δ' ἀργίποδας κριοὺς ἀνελών*), quidni etiam *δυοῖν* cum eodem numero copulaverint? Licet igi-

tur nostro loco e variarum lectionum farragine *στρατευμάτοιν*, cui praeterea plurimi quoque suffragantur MSS., eligamus, tamen neque Agam. 1385.

παίω δέ νιν δίς· κἂν δυοῖν οἰμώγμασιν
μεθῆκεν αὑτοῦ κῶλα·

neque Eumen. 590.

δυοῖν γὰρ εἶχε προσβολὰς μιασμάτων.

soloeca et a librariis corrupta esse Elmsleio credamus.

v. 676. *ἥνυσεν* nihil monito lectore ex Atticismi legibus edidit Blomfieldius. Sic etiam spiritum mutavit v. 703. 721.

v. 679. *γνώμης δέ πού τις* (sic cum Aldo et Rob.) *δαιμόνων ξυνήψατο.* „Videtur daemon aliquis ad perficiendum Xerxis consilium opem tulisse.“ Schol. A. *ἀντὶ τοῦ ἴσως καὶ συνήργησεν αὐτῷ τις δαίμων, καὶ ἐβοήθησε.* Schol. B. *συνήψατο*] *συνεπελάβετο.* Hoc vult dicere Atossa, non credibile esse, Xerxem tantum opus ipsum sua tantum potestate perfecisse, nisi quem Deorum consilii adjutorem habuerit. Quod affirmans Darius, deum illum non benevolentia motum id fecisse dicit, sed ut Xerxes eo citius in perniciem rueret. Quae cum ita sint, *ξυνάπτεται* in nostro versu plane eodem positum est sensu, quo infra v. 697. (conf. Schol. A.) Quod non perspiciens Blomfieldius in Gloss. mirum quantum hallucinatur.

v. 682. *πράσσειν* h. l. non est „facere“ vel „agere“, sed „se habere, pati“. Itaque id bene explicat Schol. B. *παθοῦσι.*

v. 685. *πρὸς τάδε* est „eo usque“. Male Blomfieldius in fine huius versus punctum posuit.

v. 686. Novem MSS. iisque optimae notae et Schol. B. obsequuti *κεδνῆς* reduximus. Cuius lectionis illustrationem praeclaram adscripsit Schol. B, *φεῦ ἕνεκα τῶν καλλίστων καὶ γενναιοτάτων ἀνδρῶν, οὓς ἀπώλεσε. Το γὰρ κεδνῆς ἀρωγῆς καὶ ἐπικουρίας στρατοῦ οὐδὲν ἄλλο ἐστιν, ἢ τῶν φρονιμωτάτων καὶ πολεμικωτάτων ἀνδρῶν. Ὅτι δέ ἐστι τοῦτο μαρτυρεῖ καὶ τὸ οἵαν ἄρ' ἥβην ξυμμάχων ἀπώλεσε, ὃ προϊὼν* (v. 688.) *λέγει.* Similiter v. 861. *αἶ αἶ αἶ αἶ κεδνᾶς ἀλκᾶς* ubi *κενεᾶς* pessime scripsit Blomfieldius. Quamvis nostri loci lectionem vulgatam sic interpretari

possis: „Heu praesidium, quod inane redditum est", ei tamen inest, quod displicet. Etenim quod ad κενῆς tuendum profert Blomfieldius, id spectare quodammodo ad κενανδρίαν superioris versus, nihili ducimus. Ecquid „vastum praesidium" hic intelligit Blomfieldius? Velimus certe, sensum et connexionem scripturae vulgatae explicuisset editor Britannicus. Quae cum ita sint, a Schuetzii sententia stamus, κενῆς ex antecedentibus temere esse repetitum.

v. 687. πανώλης notat „miserrimus, omni calamitate obrutus". At v. 528. πανώλεθροι ἐμβολαὶ sunt „aggressus, qui perniciem parant". Id quidem non perspexit Blomfieldius. Sic occurrit πανώλεθρος etiam Soph. Phil. 322. Herod. VI. 86. Frequentius tamen vim passivam obtinet id adjectivum. Conf. Blomf. ad S. c. Th. 71. Nostro loco adstipulatur Theb. 537. πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο. Sed in Suppl. 96. πανώλεις βροτοὶ sunt „perditi mortales" οἱ ἄξιοι ὀλέσθαι. Vide Abresch. ad h. l.

οὐδέ τις γέρων. Annotat Schol. A: τοῦτ' ἔστι πάντες οἱ νέοι ἐφθάρησαν οἱ δὲ γέροντες οὔ. et Schol. B. γέρων] ἔῤῥει, ἀλλὰ πᾶσα ἡ νεότης. Qua in explicatione acquievisse videmus editores praeter Blomfieldium, qui ita: „Scholiasta legebat οὐ δέ τις γέρων (quod credas cave) *populus quidem periit, non item senes:* quod quam sit frigidum, ne ipsum quidem Grammaticum latuisse opinor. Exspectat lector οὐδέ τις νέος. Si vulgata recte se habeant, verteris, *ne unus quidem senex superest.*" Quod conjecturam illam attinet, repudiant eam ad unum omnia testimonia antiqua. Illustratio autem loci non magis ferenda est, quoniam senes domi reliquerat, juvenes modo secum duxerat Asiae rex. Neque id latuit Schol. A. τοὺς γὰρ νέους μόνους ὁ Ξέρξης ἐστρατολόγησε, τοὺς δὲ γέροντας, ὡς ἀσθενεῖς ὄντας καὶ μὴ δυναμένους κινῆσαι ὅπλα κατέλειψε τῇ Περσίδι χώρᾳ ἐπιτηρητάς τε καὶ φύλακας. Numquid, juvenum interitu audito, senibus tam ingens terror injectus est, ut omnes subito diem obirent supremum? Sed, ut ad Scholiastarum explicationem redeamus, vere a Blomfieldio monitum est, frigidissimam eam esse. Nam quid caussae erat, quod Atossa diceret: juventutem quidem deletam esse, senes autem vivere? quae res per se intelligenda erat sapienti Dario. Deinde cur de Bactriis tantummodo senibus

id monet Atossa, quasi ceterorum populorum senes interiissent? Sed γέρων pro appositione pronominis τὶς esse accipiendum, tam diu editores latere non debebat. Interpretamur locum ita: „Bactriorum vero periit calamitosus populus, neque quisquam tanquam senex.“ I. e. Omnes belli pernicie et calamitate absumti sunt, gaudentes adhuc juvenili aetate, quo pacto nullus ad legitimam vitae finem, ad senectutem pervenire posset, id quod maxime calamitosum apparet. Non dixit Atossa: „qui relicti sunt, sunt senes“ sed dixit: „qui obierunt, erant omnes juvenes“. Quod si recte videmus, post γέρων non ἐστίν, sed ἔῤῥει cogitatione iterandum est.

v. 690. Expiscari nequimus, cur Schuetzius τὲ mutaverit in δέ. Occurrunt hic particulae disjunctivae τὲ — καί.

ποῖ. Hunc usum adverbii ποῖ illustratum vide in Ephem. litt. Jen. 1823. mense Febr. N. 30. p. 235. Hinc patet πῇ, quod in quibusdam libris invenitur, correctionem esse alicuius, qui liberiorem illum usum non teneret.

Multi libri cum Schol. B. τελευτᾷ produnt, quod genuinum esse censuimus. Darius nempe periculo, in quo filium versari videt, perplexus constructionem verborum interrumpit, pro infinitivo tempus finitum, et pro praeterito praesens tempus usurpat, qua re animi trepida conditio optime depingitur. At vulgata lectio criticorum saporem redolet, qui cum versu praecedente φασὶν adhibitum vidissent, poetae optime consuluisse crediderint, si infinitivum loco nostro obtruderent. Ne vero quis haereat in hiatu, caesura et interrogatione excusatur hiatus. Conf. Seidler. Epist. ad Lob. p. 346. 347. Herm. Elem. doctr. metr. p. 49. et Epit. doctr. metr. p. 30. Praeterea abstergendae sunt Schuetzii conjectura τελευτᾷς, et Boissonadei (Wolf. Anal. III. p. 84.) illustratio, ex qua cum versus numerus pessundatur, tum sensus oritur Dario divo maxime indignus. Quis enim sic in amatam uxorem invehitur: „Qui autem et quo? Sit tandem narrationis finis! Estne speranda salus?“ τελευτᾶν non est „mori, vitam finire“, sed potius „perficere, exsequi rem“. Recte Schol. A. διαπράσσεσθαι. Sensus igitur est: „Quomodo et ubi rem ad exitum per-

ducit? Quaenam habetur salus?" Vide Wunderlich. Observ. p. 44. seq.

v. 691. Cum editores recentiores ad unum omnes vocem *γέφυραν* de ponte in Hellesponto facto intellexerint, utile esse videtur et necessarium, adspergere locum Herodoti, unde magnum lucrum facimus. In Urania 117. leguntur: *οἱ δὲ Πέρσαι, ὡς ἐκ τῆς Θρηΐκης πορευόμενοι ἀπίκοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι τὸν Ἑλλήσποντον τῇσι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ εὗρον ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμένας.* Verum quidem est, Aeschylum interdum abhorrere ab Herodoto, sed in nominibus omnis differentia versatur. Barbara enim nomina Graecis inusitata et pronuntiatu difficilia mox vario modo depravarentur, necesse erat. At in rebus gestis, quae hic enarravit ille adumbravit, summa conspicitur congruentia. Neque ignotum esse potuit Aeschylo (quanquam ignotum erat eius editoribus), pontem illum procellis et tempestatibus dirutum fuisse, quo factum sit, ut Xerxes navi vectus in Asiam rediret. Quodsi bene scivit poeta, Atossa filium ad *pontem* pervenisse dicere non potuit. Quid vero nos *cogit* in vulgata interpretatione permanere? Vox *γέφυρα* notat, quodcunque interest inter duas res: „via, intervallum, *ὅρος*, Gasse, Zwischenraum". Unde ortae sunt multae aliae significationes. Aeschylus ubiubi poterat Homerum sequutus, h. l. primitivam vocis potestatem retinuit. *γέφυρα ταῖν δυοῖν ἠπείροιν* nihil aliud est, nisi Hellespontus, qui inter Europam et Asiam collocatus utramque connectit. Quam explicationem jam protulit Schol. A. *γέφυραν ἐν δυοῖν ζευκτηρίαν] τὸν Ἑλλήσποντον, ὃς ζεύγνυσιν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην.* — De *δυοῖν* forma tragicis non abjudicanda exposuerunt Elmsleius ad Oed. Col. v. 531. Schneiderus De dial. p. 13. 14. Wellauerus in Comm. Aesch. p. 20. 21. — Praegnanti quodammodo significatione posuit poeta adjectivum *ζευκτήριος*, quod simul continet notionem *τοῦ* „affixum esse", ad quam pertinet praepositio *ἐν*. Nolimus igitur hanc voculam cum Blomfieldio tentare.

v. 693. Distinximus:

ναί· λόγος κρατεῖ σαφηνὴς τοῦτό γ'· οὐκ ἔνι στάσις.

„Ita est. Hoc saltem narratio certa evincit. Nulla inest dissensio". *λόγος κρατεῖ τοῦτο* dictum est ut *λόγος*

αἱρεῖ. Botheus et Blomfieldius se torserunt, inutiles ut producerent conjecturas. Vide var. lect.

v. 695. ἐπισκήπτειν est „imponere, injungere alicui aliquid“, ἀποσκήπτειν ἔς τινά τι notat „dejicere aliquid in aliquem“. Utrumque a voce σκηπτὸς „fulmen“ derivatur, sed ἀποσκήπτειν h. l. gravius est dictum, quod cum Jove conjunctum vim tenet „de coelo iaculari“. Audias Valckenaerium ad Eurip. Hippol. 438: „Hinc verba ἀποσκῆψαι, ἐνσκῆψαι, κατασκῆψαι, ἐγκατασκῆψαι de fulmine emisso proprie adhibita, transferuntur ad mala quaevis graviora divinitus ex improviso fulminis instar immissa, vel in aliquem irruentia cum impetu“. Quae cum egregie quadrent in locum nostrum, jam Valcken. h. l. ἀπέσκηψεν Aeschylum scripsisse suspicatus est. Itaque non erat, quod vituperaret Valckenaerium Blomfieldius accito v. 87. Etenim illo loco: τὸ παλαιὸν ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις, plane contrarium efficitur eius, quod efficere vult Blomfieldius. Nam τὸ παλαιὸν ἐπισκήπτειν notat: „antiquitus impositum esse, inhaerere“, at verba ἐς δὲ παῖδ᾽ ἐμὸν Ζεὺς ἀπέσκηψεν τελευτὴν θεσφάτων significant: „in filium autem meum Juppiter subito dejecit eventum oraculorum“, ταχεῖα scilicet ἦλθε χρησμῶν πρᾶξις, non τὸ παλαιόν.

v. 696. Offensus est Blomfieldius aoristo 1. post ηὔχουν, secundum saltem invenire poterat Eurip. Hel. 1635. Cupiamus scire, quid tali in re discriminis intersit inter aoristos primum et secundum, nisi quod ille facilius in futurum tempus mutari potest. Erat autem haec Graecorum consuetudo, ut post verba „sperandi“ et „credendi“ non futuro solum tempore, sed etiam utroque aoristo uterentur, quod exemplis egregie demonstravit Lobeckius in Parerg. ad Phryn. c. VI. p. 751. seq. Cf. Wunderlich. Obs. p. 177. Poppo. Obs. in Thuc. p. 149. Matthiae. Gr. Gramm. p. 707. seq. Quocirca ἐκτελευτῆσαι lectionem agnitam etiam a Schol. B. mutare nolimus, licet, quod suspicatur ex collatorum silentio, haud satis certo indicio, Blomfieldius, in satis multis MSS. exstiterit ἐκτελευτήσειν, nam facilius librarii usitatam loquendi rationem et a Thoma Magistro unice probatam in rarioris locum substituere potuerunt, quam contra.

v. 697. χὠ θεός. Promiscue Graeci in tali re di-

cebant θεὸς et ὁ θεός, ita ut minus recte Blomfieldius Euripidis et Menandri fragmenta tentasse videatur. Compara Plat. Lach. p. 201. C. Steph., p. 299, 7. Bekk. ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ cum eiusdem Crit. p. 54. E. Steph., p. 168, 19. Bekk. ἐπειδὴ ταύτῃ ὁ θεὸς ὑφηγεῖται. Varia lectio in MS. B. exhibetur χὴ θεός, cui additum est scholion: ἤγουν ἡ Ἐριννύς. Atque quin Schol. A. χὴ θεός legerit, ne dubites. Namque ita verba fecit: ὅταν ἐπὶ τὰ χείρω ἐπείγηται, τότε συνεφάπτεται καὶ συνάπτεται αὐτῷ καὶ ἡ Ἐριννὺς ἡ τιμωρητική, καὶ ἡ ἔφορος τῶν κακῶν θεός. De feminino vocis θεὸς genere apud Homerum non est, quod moneamus, apud alios scriptores vide Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 169. v. 53. Verumtamen χὴ θεὸς h. l. nimis argutum et minoris auctoritatis est, quoniam etiam Schol. B. vulgatam tuetur.

Brunckio debetur ξυνάπτεται, quod relegavimus. Editiones priores ad Stanleianam usque συνάπτεται offerunt.

v. 698. πᾶσιν φίλοις est neutrum. Vertas locum: „Nunc fons malorum omnibus, quaecunque chara nobis sunt, repertus esse videtur" i. e. quod malum nunc incepit, id in reliqua etiam grassabitur. πάντα φίλα dicitur ut φίλη πατρὶς γαῖα, et alia ejusmodi apud Homerum. Eandem, quam nunc exposuimus explicationem, etiam is grammaticus sequutus esse videtur, ex quo Schol. A. sequentia, ni fallimur castrata, descripsit: ὡς ἡ πηγὴ τὸ μὲν δίδωσιν, ἄλλο δ' ἀναβλύζει. — Inutilis est Butleri conjectura εἰρῆσθαι.

v. 700. Multo praestat forma Homerica ἱρόν, quam in Schol. B. et Vict. invenimus, et in qua fortasse plurimi MSS. conspirant. Quare immerito eam depulerunt Porsonus et Blomfieldius. Monendum est, totum hunc de Hellesponto locum Homerica rerum adumbratione insignem esse, id quod perspexit Wellauerus in Comm. Aesch. p. 21. 22.

v. 701. Somniavit bonus Schuetzius, ἤλπιζε ex Ald. et Rob. contra metrum cum revocaret.

ῥέοντα ῥόον θεοῦ „divino flumine fluentem". Accusativus ῥόον pendet a ῥέοντα, quod h. l. transitivam quodammodo vim nanciscitur. „Divino" autem flumine fluere dicitur Hellespontus, sicuti Homerus ἅλα δῖαν vocavit, indicaturus majestatem rei, quae facit, ut prae-

sentiam quasi numinis sentiamus. Falsi igitur sunt h. l. jam veteres, qui, ut Mnaseas a Schol. A. laudatus, a Jovis quodam templo ad Hellespontum sito, vel nescimus, quibus aliis de causis huius epitheti originem repetierunt; sed turpius multo lapsus est Blomfieldius, qui inepte conjecit:

ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βοσπόρου ῥόον θοοῦ.

nam *ῥέοντα σχήσειν* est „impedire, quominus fluat": quod neque Xerxes tentavit, neque Aeschylus eum tentasse poterat dicere.

v. 702. Schol. A. *καὶ πόρον μετεῤῥύθμιζε*] *καὶ τὸν τῆς θαλάσσης πόρον μετέπλαττε καὶ εἰς ξηρὰν μετέβαλλε καὶ τὸν Ἑλλήσποντον δεσμοῖς σιδηροῖς περιβαλὼν, ἤτοι γέφυραν ἐν αὐτῷ διὰ σιδήρου ἐργασάμενος πολλὴν καὶ μακρὰν κέλευθον καὶ ὁδὸν ἐπλήρωσε καὶ ἐποίησε τῷ στρατεύματι, ἄνθρωπος ὤν· ᾤετο δὲ καὶ ὑπελάμβανε καὶ ἐνόμιζεν οὐκ ἐν εὐβουλίᾳ, ἀλλ' ἀβούλως καὶ μωρῶς κρατήσειν πάντων τῶν θεῶν καὶ τοῦ Ποσειδῶνος αὐτοῦ, ὅς κύριος τῆς θαλάσσης ἐστί.* — Schol. B. *μετεῤῥύθμιζε*] *μετέβαλεν εἰς γῆν.* Male Blomfieldius explicat *μεταῤῥυθμίζω* „in ordinem cogo".

v. 704. MSS. omnes praeter unum Par. A. (more suo Schnetzius negligenter „Regg." scripsit pro „Reg. A".) habent *θεῶν δέ.* Brunckius ex dicto codice recepit *θεῶν τε.* Sensum et nexum loci pervertit Blomfieldius, qui caeterum *δὲ* servat, pleniori interpunctione post *θνητὸς ὤν* posita. Tanto pretio non erat redimenda particula *δέ.* Quid igitur? Sequamurne nos quoque Brunckium? Sequitur certe eum Blomfieldius in Addendis. Absit. Nimirum *δὲ* quarto loco positum modo adfuit v. 674:

πεζὸς ἢ ναύτης δὲ πεῖραν τήνδ' ἐμώρανεν τάλας;

Sed vel quinto loco interdum ponitur. Exempla habes ab Erfurdtio collecta Animadv. in Athen. p. 23. (Koenigsberger Archiv 1812. III. p. 456.). Cf. Poppo Obs. crit. in Thuc. p. 30.

v. 705. 706. *πῶς τάδ'; οὐ νόσος φρενῶν εἶχε παῖδ' ἐμόν;* ita interpungi debere jam suspicatus est Henr. Steph., propter apostrophum iniuria demotus conjectura sua. Etenim in apostropho maiora etiam silentia fiunt, personarum nempe mutationes. Id recte monet Boissonadeus (Wolf. Anal. III. p. 85.) Aristoph. Acharn.

1053. accito. Quapropter locum cum Boissonadeo interpretamur: „Qui talia fieri potuerunt? nonne dementia filium cepit meum?“ Sin interrogationis signum post τάδ᾽ non addimus, vigor et colores sermoni detrahuntur. Namque ut verum confiteamur, quae est vulgata interpunctio, τάδε valde languere nobis videtur. Melius tamen fecerunt, qui cum glossatore Par. B. κατὰ ad τάδε animo supplerent, quam qui Abreschii conjecturam πρὸς τάδ᾽ reciperent. Non erat vellicanda librorum lectio.

v. 706. Sex codicum, duarum editionum veterum et Scholiastarum A. B. auctoritate confisi πόνος retinuimus. Locum explanarunt Schol. A. φοβοῦμαι, φησί, μὴ ὁ πολὺς πλοῦτος ὁ ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ πόνου κατορθωθεὶς ἁρπαγῇ ὑπὸ τοῦ φθάσαντος, ἤτοι καταλαβόντος et Schol. B. πολὺς πλούτου πόνος] ἤγουν ὃν ποιήσας πολὺν πλοῦτον συνέλεξα. Metuit Darius, ne ea opulentia, cui comparandae totam vitam dedidit, uno fortunae adversae impetu evertatur.

v. 707. Mere graeca est h. l. constructio: δέδοικα μὴ οὑμὸς πλοῦτος ἀνθρώποις γένηται ἁρπαγὴ τοῦ φθάσαντος, quam nec latina nec germanica lingua imitari potest. Exstat hic attractionis genus quoddam, ex quo ἀνθρώπων ad γένηται adjunctum mutatum est in ἀνθρώποις. Nam vertere debes ita: „Metuo ne divitiae meae praeda fiant ei hominum, qui eas arripere audeat.“

v. 708. τοῖς κακοῖς ἀνδράσιν. „Ex his praecipue Mardonius, qui secundum Herodotum νεωτέρων ἔργων ἐπιθυμητὴς vel ut Diodorus, μετέωρος τῷ φρονήματι, καὶ τῇ ἡλικίᾳ ἀκμάζων, et Onomacritus, quem dicit Herodotus χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τοῦ Μουσαίου. lib. VII. 6.“ Stanleius. Adde Herodot. VIII, 99.

v. 709. Post Ξέρξης comma posuimus, ut sit λέγουσι dativus participii, qui magis arridet quam tempus finitum. Non tamen propterea δ᾽ in θ᾽ mutandum est, quod voluit Butlerus.

v. 710. Brunckio debetur ξύν, in libris occurrit σύν, quod restituimus. — „Acerba inest Xerxis irrisio cum Dario comparati. Cum bellica enim Darii laude, πλοῦτον ξὺν αἰχμῇ κτήσαντος, confertur Xerxis umbratilis desidia ἔνδον αἰχμάζοντος,“ Schuetzius. — „αἰχμάζειν. Hasta

sta pugnare. Homer. Iliad. *Δ*. 324. *αἰχμὰς δ' αἰχμάσσουσι νεώτεροι*. Nempe Xerxes in eo, Aegisthi similis erat, qui dicitur *ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος* Sophocl. Electr. 302. Cui idcirco regeritur in Agam. 1671. *κόμπασον θαρσῶν ἀλέκτωρ ὥστε θηλείας πέλας*, nam Pindarus etiam dixit *ἐνδομάχας ἀλέκτωρ* Ol. XII. 20. Quare minime opus est, ut Stanleio obsequamur reponenti *ἀκμάζειν*, quod antithesin perderet". Blomfieldius.

v. 714. Schol. A. *τοίγαρ σφιν*] *τοιγαροῦν σφὶν καὶ αὐτοῖς τοῖς τῷ Ξέρξῃ συμβουλεύσασι ταῦτα καὶ προτρέψασιν, ἔργον ἐστὶν ἐξειργασμένον εἰς φθορὰν χωρῆσαν*. Schol. B. *σφὶν*] *τούτοις τοῖς συμβούλοις*. *ἔργον*] *ἡ τούτου καταβολή*. Buttm. in Lexil. p. 60. *σφὶν* ad Xerxem trahit, minus bene. Alia est res in Oed. Col. 1490.

v. 715. *ἀείμνηστον* debetur uni MS. et duabus editionibus. Nos quidem majori auctoritate confisi *ἀεὶ εἴμνηστον* amplexi sumus. Conf. quae diximus ad v. 148.

v. 716. Pauwii conjectura *ἐξεκείνωσ' ἐμπεσὸν* vel metri gratia respuenda. Nam licet tragici interdum ante quintam arsin vocem ex pluribus syllabis constantem longa syllaba terminarint, sunt tamen tres conditiones, quibus indulgent sibi hanc rationem disponendorum verborum. Quarum prima est sententiae majus pondus et difficultas, secunda ubi nomen proprium occurrit, tertia denique interpunctio praegressa in tertia arsi vel thesi. Conf. Herm. Elem. doctr. metr. p. 117. seq. et Epit. doctr. metr. p. 57. seq. Nullam earum conditionum hic reperire possumus.

v. 717. Porsonus *οὔγε* scripsit ex mera conjectura, quod idem fecit Eum. 25. ubi omnes MSS. *ἐξ οὔτε* praebent. *ἐξ οὔτε* latius rem exprimit „ex quo tempore", *ἐξ οὔγε* adstrictius „ex quo temporis momento", licet haec latinus sermo haud facile assequi possit. Vide, quae de pronominum *ὅσγε* et *ὅστε* discrimine monuit Hermannus ad Soph. Oed. R. 688. p. 132. Pingui Minerva Wellauerus ad Aesch. Prom. 1073. de hac re loquitur, nec quid Hermannus statuerit, recte intelligens, et quae sunt diversissima miscens. Nostrum locum quod attinet, licet bene diceretur *ἐξ οὔγε*, tamen ferri etiam potest *ἐξ οὔτε*, quod propter documentorum consensum servandum censuimus.

v. 718. *ἄνδρα πάσης* ob praevalentem librorum tum

scriptorum tum editorum auctoritatem servandum duximus. Nihilo melius certe est ἄνδρ' ἐπάκτης, quod ex duobus MSS. post Brunckium receperunt nuperi editores. Ἀσιάδος quod est adjectivum (v. 221. v. 517.), cum substantivum requiratur, ferri nequit. Idcirco recte Blomfieldius ex monumentis optimae notae Ἀσίδος recepit, cuius prima producitur v. 238. Itaque fallitur H. Steph. qui contendit Ἀσίδος metro respui.

v. 719. Praepropere ἰθυντήριον ex Mosq. et Rob. in textum suscepit Blomfieldius. Conf. notam ad v. 728.

v. 720. Quae inde ab hoc versu de antiquissima Persarum historia refert Aeschylus, amplis disputationibus ansam dedere viris doctis, quas vide commemoratas a Stanleio, Schuetzio et Butlero ad hunc locum. Nobis ut falli videntur ii, qui Aeschylum multo certiora et ex antiquioribus fontibus petita referre credunt, quam Herodotum et Xenophontem, eos neque ipsos inter se concinentes, ita non minus ii operam videntur perdidisse, qui, nescimus quibus machinis, Aeschylea cum historicorum narrationibus conciliare student. Quae erat tum temporis omnis scientiae conditio, cum et antiquitas rerum et longinquitas terrarum subtiliori cognitioni magnopere obstaret, Aeschylum rerum Persicarum apprime gnarum fuisse, iisque cognoscendis multum impendisse operae, nihil est, quod nos adigat ad credendum. Nihil quidem poterat afferre poeta noster, quod communi spectatorum scientiae de regno Persico repugnaret, quam vero admodum magnam fuisse, quis jure contendat? Jo. Muellerus, hac in re prae reliquis audiendus judex haec adnotavit: „Μῆδος, Astyages, cuius facta nostris dubia, majori gloria in interiori illa regione splenduerint". Marshamus in Diatribe chronologica, quem sequitur Stanleius, Medum eundem esse censet cum Dario Medo, a Daniele commemorato, adversante tamen Larchero ad Herod. T. V. p. 283. Ἄλλος ἐκείνου παῖς est Cyaxares II. ex Muelleri aliorumque sententia. Scholiastae eum Ἀρταφρένην nominant.

v. 721. Ἄλλος h. l. ponitur pro δεύτερος ut Latine „alter". Nomen huius regis reticetur, neque crediderimus Bentleio, si quidem is est Bentleius, nomen sub corrupto ἄλλος latere.

τόδ' ἔργον ἤνυσε. Sc. regno tam extensos reddidit

fines, ut majorem auctoritatem et amplitudinem nancisceretur.

v. 722. Secundum Schol. A. hic versus continet etymologiam nominis Ἀρταφρένης. Quum vero nomen non appositum sit, cuius hic exhibeatur etymologia, nolumus in hanc sententiam discedere. Facimus potius cum Schol. B., qui verissime ita sensum reddidit: ἤγουν μετὰ συνέσεως πᾶν τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ βούλημα ἐξετέλει, ut hoc versu contineatur causa eorum, quae dixerat in praecedenti: τόδ' ἔργον ἤνυσε. Vana est Siebelis suspicio in Diatr. p. 128 — 133. hunc versum post v. 731. reponendum esse, neque Scholiastae A. observatione ad v. 721. utpote quae spectat ad ἄλλος, confirmatur. Lectionem cod. B. αὐτῷ reciperemus, si plurium MSS. fide niteretur: prae se fert enim nonnihil elegantiae.

ᾠακοστρόφουν scripsere cum Porsono Schuetzius 2. et Blomfieldius. At non est opus augmento, nam licet Phryn. Ecl. p. 153. praecipiat ᾤδηκεν, ᾠκοδόμηκεν διὰ τοῦ ω̃ ἄριστα ἐρεῖς, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦ οι οἴδηκεν, οἰκοδόμηκεν, tamen MSStorum auctoritas, cui hac in re aliquid tribuimus, non solum h. l. sed alibi etiam formam augmento carentem tuetur. Conf. Lobeck. ad Phryn. l. c. Buttmannus in Gramm. ampl. T. I. p. 329. docet, ea verba ab α, αυ, οι incipientia, quae statim postea vocalem habeant augmento carere. Cui regulae eximit nonnulla: οἴομαι, ἀείδω, ἐπαΐω. An plura eximenda sint, an integra regula satis fulta sit, nescimus. Videntur tamen in rarioribus praecipue verbis ab οι incipientibus veteres perspicuitatis gratia augmentum omisisse. „In Aeschyli Persis", inquit Reisig. Comm. crit. in Soph. O. C. p. 377. „οἰακοστρόφουν non caret eo, quod nunquam usu concessum fuit, teste Grammatico in Etym. M. p. 617. l. 45."

v. 724. Schol. B. πᾶσιν εἰρήνην] τελείως γὰρ οὗτος τὰ τῆς βασιλείας κατέστησε πράγματα, ὡς μηδένα ἔχειν τὸν ἀνθιστάμενον.

v. 726. ἐλαύνειν tenet significationem primariam „commovendi", unde nata est altera „vexandi", quae occurrit ap. Soph. Oed. R. 27:

ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν.

ubi confert Musgrav. Apollonidem in Antholog. p. 97:

— Ξέρξου — στόλος Ἑλλάδα πᾶσαν
ἤλαυνεν.

et Leonidam ibid. p. 247.

ἤλασε τὰς πολλὰς τῶν ἐτέων δεκάδας.

Tertia vis eius verbi, a Musgravio non perspecta, est „sub potestatem redigendi, subigendi", quae loco nostro reperitur. ἤλασε βίᾳ nihil aliud est nisi ἐκτήσατο versus praecedentis. Schol. A. συνήγαγεν τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. Schol. B. ἐκτήσατο.

v. 727. Quod Blomfieldius (vide ad Agam. v. 342.) conjectura volebat reponere ἔμφρων invenitur in MSS. B. et Cant. 1. At nihil est mutandum: εὔφρων enim significat etiam „bona mente praeditus", non solum „benevolus"; potest igitur eodem sensu accipi, quo ἔμφρων, atque trahi ad Cyrum. Vide εὐφρόνως v. 792.

v. 728. ἴθυνε tantum non omnium librorum consensu h. l. se tuetur; quapropter haec Ionica forma recipi debet. Contra v. 719. εὐθυντήριον servandum duximus, similiter codicum auctoritati obedientes. Eadem de causa Aesch. Prom. 287. εὐθύνων recte ab editoribus servatum est.

v. 729. Μέρδις suo Marte effinxit Brunckius, qui nominis Σμέρδις primam litteram metri necessitate extritam esse judicabat. Quod cum ridicule dictum esse intellexisset Blomfieldius: Σμέρδις δὲ πέμπτος ἦρξεν κ. τ. λ. correxit, unde omnes vident, quam verum sit illud proverbium: „Incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin." Nobis quidem nihil verisimilius esse videtur, quam eadem nomina Persica diverso modo a Graecis fuisse transformata. Quare Μάρδος non debet mutari. Nihilominus tamen inesse vulgatae aliquid, quod in dubitationem vocari possit, non negamus. Primo Μάρδος h. l. amphiboliae obnoxius est. Etenim utrum pro gentili an pro proprio habeas nomine, merito dubites. Deinde alia non sunt negligenda. Ex nobilissima Medorum gente orti erant quatuor reges, namque Medus fuit, cui primo Asiae totius imperium summumque honorem impertivit Juppiter. Omnes summa cum gloria et felicitate patriam rexerant. At quintus non est Medus, sed Magus, quam ob rem dedecori est patriae:

αἰσχύνη πάτρᾳ, θρόνοισί τ' ἀρχαίοισι. Vides oppositionem quandam exstare inter Medorum et Magorum gentem, illi amplitudinem et praestantiam, huic infamiam quandam adhaerere. Quapropter, ut clarius appareat, cur quintus rex dedecori sit patriae, non male putamus Aeschylum scribere potuisse, aut:

Μάγος δὲ πέμπτος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ.

aut, si v. 286. *Μᾶγος* recte legitur, licet non minus *Μάγος* in versum citatum quadret:

πέμπτος δὲ Μᾶγος ἦρξεν, αἰσχύνη πάτρᾳ.

Μᾶγος autem, ut appropinquaret ad *Σμέρδις*, a librariis mutatus fortasse est in *Μάρδος*. Cui conjecturae accinit quodammodo Scholiastes A. *πέμπτος δὲ Μάρδος*] *ἡ γραφὴ ἡμάρτηται. Τὸν γὰρ ἐπιθέμενον τῇ Καμβύσου ἀρχῇ μάγον ὄντα οὐδεὶς Μάρδον εἶπεν, οὔτε γένος, οὔτε ὄνομα. κ. τ. λ. Αἰσχύνη δὲ πάτρᾳ, εἶπεν, ὅτι μάγος ὢν ἐπέσπασε τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν εἰς μάγους.* Quae tamen omnia tantum valere non possunt, ut *Μάρδος*, quod est nomen proprium, e textu removeatur.

v. 730. Schuetzio debetur *ξύν*, nos *σὺν* cum testibus omnibus praetulimus.

v. 731. Schol. A. *Ἀρταφρένης*] *τοῦτον Ἑλλάνικος Δαφέρνην καλεῖ.*

v. 732. Post *φίλοισιν* male a Schuetzio colon positum est, nos cum aliis comma substituimus.

v. 733. Hunc versum qui ejecerunt, imprudenter egere, sed neque cum Siebili lacunam ante hunc versum adesse existimemus. Optime Jo. Muellerus: „Maraphin et Artaphernem expungere religio; eorum historiam facere deficiente historia impossibile est. Agnoscas Maraphin in Marphio Cyri filio, quem in Hellanico penes scholiasten (A scilicet, verba autem eius sunt: *Κύρου δὲ υἱὸς ὁ Καμβύσης, ἀδελφὸς δέ, κατὰ Ἑλλάνικον, Μαρφίου καὶ Μέμφιδος*) vides. Artaphernes e numero septem virorum erat, a quibus Magi peremti sunt. Praefuisse credo breviter illum inauspicato, ad tempus hunc, dum gliscente licentia, variis votis, diadema suffragio septemvirali Dario collatum esset."

v. 734. Maiori ex libris orta auctoritate, maiori sensus elegantia gaudet lectio, quam adoptavimus: *κἀγὼ*

πάλου δ' ἄκυρσα. De consociatione particularum καὶ et δὲ cf. Hermannum ad Vig. p. 847. ad Soph. Antig. v. 428. et Schaeferum ad Long. p. 350. Quid igitur obstat, quominus δ' postliminio redeat?

v. 736. Schol. B. πόλει] τοῖς Σούσοις. Susa nempe h. l. idem valent ac regnum Persicum.

v. 737. ὢν νέος νέα φρονεῖ recte se habet. Conf. notam ad v. 306. Infeliciter excogitatae sunt mutationes, quas obtrudere voluerunt huic loco recentiores critici. Librorum lectionem defendunt Well. in Comm. Aesch. p. 34. et Schneid. De dial. p. 60.

v. 738. Schol. B. ἐπιστολάς] καὶ παραινέσεις καὶ συμβουλάς. Admonitiones igitur et consilia, nec vero mandata (quomodo vocem vertit Blomfieldius) patris obliviscitur Xerxes.

v. 739. Schol. A. εὖ γάρ] καλῶς γινώσκετε τοῦτο, ὦ ἐμοὶ συνήλικες Πέρσαι, ὅτι ἅπαντες ἡμεῖς οἱ κράτη τά γε ἔσχομεν, ἤγουν οἱ πρωτοῦ βασιλεύσαντες οὐκ ἂν ἐφάνημεν πράξαντες τοσαύτην βλάβην τῶν Περσῶν, ὅσην νῦν ὁ Ξέρξης ἐποίησε.

v. 741. οὐκ ἂν φανεῖμεν unice vera scriptura est, quam MS. Philelphi, qui vel idem est ac Mediceus vel Medicei accuratum apographum, tuetur. Dawesiana emendatio εἰ — ἔσχομεν, οὐκ ἂν ἐφάνημεν sensui repugnat, significat enim: „si hanc potestatem habuissemus, non visi fuissemus". Atqui vere habuerunt illi τάδε κράτη. Codicis vero Mosqu. lectio φανῆμεν pronuntiatione Reuchliniana lenissime depravata est ex genuina φανεῖμεν.

v. 743. Schol. B. λόγων τελευτήν] ἤγουν εἰς τί τῶν σῶν λόγων τέλος καθιστᾷς.

v. 746. μηδ' εἰ στράτευμα πλεῖον ᾖ τὸ Μηδικόν. Conjunctivum post εἰ, quem etiam Wunderlich. p. 195. defendit, servatum esse a nobis, hodie jam nemo erit, qui reprehendat. Particula εἰ cum conjunctivo reperitur Soph. Oed. R. 198:

τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ.

ibid. 874:

εἰ πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν.

Ibid. 1062. corrupte legebatur olim:

θάρσει· σὺ μὲν γὰρ οὐδ᾽ ἂν ἐκ τρίτης ἐγὼ
μητρὸς φανῶ τρίδουλος, ἐκφανεῖ κακή.

nunc Hermannus ex egregie correxit in εἰ. Oed. Col. 1443.

δυστάλαινά τ᾽ ἆρ᾽ ἐγὼ
εἴ σου στερηθῶ.

ἢν Brunckius et Schaeferus ex conjectura receperunt. Antig. 710:

ἀλλ᾽ ἄνδρα, κεἴ τις ᾖ σοφός, τὸ μανθάνειν
πόλλ᾽, αἰσχρὸν οὐδέν.

Eurip. Bacch. 203.

οὐδ᾽ εἰ δι᾽ ἄκρων τὸ σοφὸν εὕρηται φρενῶν.

Vide Grammaticum in Anecdotis Bekkeri T. I. p. 144, 20 — 30. Herm. ad Oed. R. Antig. et Bacch. ll. cc. Passov. Lex. Gr. v. εἰ. Elmsl. ad Oed. Reg. 198. Oed. Col. 1443. Eurip. Bacch. 203. 858. Iam in Observ. critt. p. 76. seq. Hermannus veram sententiam tuitus est, multis exemplis allatis tum ex Homero tum ex Pindaro, tum etiam hoc, quod invenitur ap. Eurip. Iph. Aul. 1238:

βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,
ἵν᾽ ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ᾽ ἔχω σέθεν
μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.

quam sententiam derelictam ad Vig. p. 831. nunc rursus amplectitur.

v. 747. Schol. A. αὐτὴ γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἡ Ἀτθὶς συμμαχεῖ ἐκείνοις τοῖς Ἕλλησιν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν κάρπους αὐτάρκεις, ὥστε τοὺς ἐναντίους ἀποτρέπεσθαι. Ἡ γῆ, φησί, κτείνουσα λιμῷ τοὺς πολυίππους Πέρσας.

v. 748. Schuetzius ex MS. B. ξυμμαχεῖ interlevit. Librorum ceterorum scriptura est συμμαχεῖ, quam restituimus.

v. 749. Nulli dubitamus, quin recte cum Blomfieldio ex quinque MSS. lectionem ὑπερπώλους receperimus, quam Schol. A. πολυίππους interpretatur. Hermannus teste Schneidero in Lex. Gr. T. II. p. 658. 6. h. l. corrigendum censebat ὑπερπόλλους. Sed satis analogice formata est vox ὑπέρπωλος, conf. ὑπέρολβος, ὑπέροινος et similia. ὑπέρπωλος est „nimio equitatu instructus, qui nimium confidit equitatui suo". Ecce equitatu prae-

stantissimo maxime terribiles Graecis Persae erant, ii praesertim, qui Mardonio duce in Graecia septemtrionali remanserant. Quare cum ὑπερπόλλους h. l. sit aptissimum, vulgatam lectionem habeas pro correctione jeiuna.

v. 750. Falso Blomfieldius ἀροῦμεν adoptavit, nam α in futuro produci non probavit, quem excitat, Porsonus ad Medeam 848. p. 463. ed. Lips. Verum servavit Robortellus.

καὶ licet non destituta sit auctoritate librorum paucorum, et sensum praebeat tolerabilem, praestat tamen τοί, et auctoritate et sensu. Ordo est: ἀλλά τοι λεκτὸν στόλον ἄρωμεν εὐσταλῆ. Alterum adiectivum pertinet ad στόλον, alterum εὐσταλῆ est ad verbum trahendum, et adverbii quasi vice fungitur. Cui haec explanatio minus arridet, aliam proponamus. Ubiubi pondus quoddam sermoni inest, copula non desideratur, praesertim in Aeschyleis poematis, in quibus nihil frequentius est asyndetis. Itaque verborum collocatione servata vertas: „Verum expeditum sane, electum comparaverimus exercitum.“ Schuetzius chorum non de novo exercitu conscribendo, sed de paucis illis, qui cum Xerxe communi calamitati effugerint, cogitare arbitratur, quod et ineptum est, et verbi αἴρειν potestas prohibet.

v. 751. Hoc dicere vult Darius: Novus exercitus, etsi εὐσταλὴς καὶ λεκτός, frustra in Graeciam mitteretur, quoniam qui nunc ibi remansit exercitus, quamquam est πλῆθος ἔκκριτον στρατοῦ, nihilominus tamen interitum non evitabit. Innuuntur triginta myriades, quas ex ingenti Xerxis exercitu viritim legerat Mardonius.

v. 757. Cognoverat Darius ex vetustis oraculis (conf. 694.), olim duplicem cladem esse accepturos Persas. Altera iam adest, altera adhuc imminet. Ex ea, qua jam affecti sunt Persae, colligit Darius, illam etiam exitum habituram esse. Quare Mardonium cum exercitu electo in Graecia remansisse, non ex nuntio quidem aliquo, sed ex vaticinatione pro comperto habet. Inde sequitur, οὔ esse scribendum, cum negatio non ad τὰ μέν, sed ad συμβαίνει trahi debeat. Sensus ergo est: „Falsum est, evenire haec quidem, illa vero non evenire, sed quaecunque oraculis praedicta sunt, eventum

habent". Sic recte Schol. A: οὐ γὰρ τὰ μὲν τοῖς ἀνθρώποις συμβαίνει, τὰ δ' οὔ, ἀλλὰ πάντα. ὅσα βροτοῖς παθεῖν πέπρωται, ἐπισυμβαίνει αὐτοῖς. Conf. Schuetz. ad h. l.

v. 758. Schol. B. κεἴπερ τάδ' ἐστί] ἤγουν εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὡς πάντα τὰ τῶν χρησμῶν πληροῦται.

v. 759. Robore et fortitudine exercitus, quem Mardonio duce in Graecia reliquerat, confisus Graecos devincere sperabat Xerxes. Sc. ad λείπει Xerxes animo repetendus est. Schol. B. λείπει] καταλιμπάνει ὁ Ξέρξης ἐκεῖσε. κεναῖσιν ἐλπίσιν] ματαίαις ἐλπίσιν ὡς ἂν διὰ τοῦ πεζοῦ τὴν Ἑλλάδα χειρώσηται. Schuetzius: „Fortasse hic respicitur ad vanam oraculorum interpretationem, qua sibi suisque blandiebatur Mardonius, teste Herodoto VIII. 42. seq." Nec tamen de Mardonio sed de Xerxe loquitur Darius.

v. 761. πίασμα „*Quidquid pinguefacit*. Stanleius confert Dionys. Perieg. 227. ὕδατι πιαίνων λιπαρὸν πέδον Αἰγύπτοιο. et Virgil. Aen. IX. *pinguis flumine Nilus*." Blomfieldius. — „Sic Amphiaraus Sept. adv. Theb. v. 589: ἔγωγε μὲν δὴ τήνδε πιανῶ χθόνα." Schuetzius. Conf. etiam Blomf. ad S. adv. Th. l. c. Schol. B. φίλον πίασμα] προσφιλὲς τοῖς ἐκεῖσε πότισμα.

v. 762. Vitium typotheticum nobis non esse videtur, quod legitur in Rob. πατεῖν. Cuius vocis vis est: „terere aliquid, versari in aliqua re, vivere sub aliqua conditione". Hic in malum sensum accipi debet, quare id „sustinere, perpeti" vertamus. Si alii etiam libri πατεῖν offerrent, rejiceremus vulgatam scripturam facillime ex Robortelliana ortam.

v. 763. Unde lectio δωρημάτων, quam inepte explicat Schol. B. fluxerit, nescimus, nisi forte olim lectum sit δρομημάτων. Quae si alius non nostra esset conjectura, defensione dignam putaremus. Namque innuuntur itinera, in quibus Deorum templa manu improba vastarunt Persae. Ab δρομημάτων facile erat in φρονημάτων et in δωρημάτων licet diversa ratione delabi.

v. 765. Confert Stanleius Herod. VIII, 109. de Xerxe: ὅς τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο ἐμπιπράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν ἀγάλματα.

v. 766. Cum libris optimae notae θ' rectius omittitur. Schol. B. ἄϊστοι] ἀφανεῖς.

v. 770. Schol. A. *ἡ τῶν κακῶν οὔπω κρηπὶς καὶ ὑποβάθρα καὶ θεμέλιος καὶ ὁ ἐσμὸς οὐδέπω ὑπέστη καὶ εἰς τέλος κατήντησεν, ἀλλ᾽ ἔτι ἐκπαιδεύεται καὶ αὔξεται τὰ δεινά.* — Schol. B. *κρηπίς*] *στάσις καὶ τέλος. ἐκπαιδεύεται*] *εἰς παιδείαν ἐκείνων αὐξάνεται τὰ κακά.* Augebuntur mala, ut discant Persae, quam graviter irascantur Dii. Ita putamus locus bene defenditur a Schuetzii ingeniosa conjectura.

v. 771. *αἱματοσφαγής*, quod libri tantum non omnes praebent, recte contra Brunckium et Blomfieldium tuetur Seidlerus in Censura edit. Blomf. Ephem. Jen. 1816. n. 106. advecata formula tragicis usitata *αἷμα σφάττειν*, de qua confer eundem ad Eurip. Elect. 92. 279.

v. 772. *πρὸς γῆν* v. l. est cod. B. quae lectio per se non esset spernenda, vide Brunck. ad Prom. 348. et Wunderlich. Observ. p. 180. Tamen *πρὸς γῇ* ob maximam auctoritatem praetulimus. Velis autem animadvertere collatorum quorundam levitatem, quae cum multis locis, tum hic inprimis offendit. Consentiunt Brunckius et Faehsius *γῇ* cum v. l. *γῆν* ex cod. B. notantes. At Butlerus *γῇ* et Blomfieldius *γῆν* ex eodem MS. referunt de v. l. nihil autem monent!

Δωρίδος λόγχης ὕπο. „Miror profecto Aeschylum tantum honoris Peloponnesiacis tribuisse: forsan aliquis suspicetur hos versus in secunda huius fabulae repraesentatione additos fuisse, in Syracusarum gratiam.“ Sic Blomfieldius. Nonne fortasse in Syracusarum gratiam additum erat insuper Atossae somnium? conf. v. 155. At profecto in Athenarum gratiam dicta sunt haec v. 883:

Ἰάνων γὰρ ἀπηύρα
Ἰάνων ναύφρακτος
Ἄρης ἑτερόλκης κ. τ. λ.

Minime credimus, Aeschylum ab omni partium studio alienum, modo in Syracusarum modo in Athenarum gratiam capiendam aliquid dixisse. Conferas notam ad v. 377. Dorica gens ad Plataeas, Ionica ad Salamina Persas fugavit; inde factum est, ut poetae hic Dorum illic Ionum esset commonefaciendum.

v. 773. Septem MSS. et tres editiones conjunctionem in tertio loco ponunt. Quam collocationem perelegantem resumsimus. Vulgata vero, tamquam ea quae facilior et usitatior erat, emendationem imperitorum sapere videtur;

Bene illustrat locum Schol. A: οἱ θῖνες δὲ καὶ οἱ σωροὶ τῶν νεκρῶν καίπερ φωνὴν μὴ ἀφιέντες δείξουσι καὶ τῇ τρίτῃ τῶν μεταγενεστέρων γενεᾷ τὰ τῶν Περσῶν πτώματα. Τοῦτ' ἔστιν ὅτι καὶ τρεῖς γενεαὶ παρέλθωσιν ἄν, τὰ δὲ τῶν νεκρῶν καὶ ἔτι παραμενοῦσι πτώματα. Διὰ τὸ ἄπειρα εἶναι μὴ ἰσχύσαντος τοῦ χρόνου ἀφανίσαι αὐτά.

v. 774. ὄμμασιν praeter necessitatem scripserunt Porsonus et Blomfieldius. Cf. notam ad v. 306. et Well. Comm. Aesch. p. 35.

v. 777. Ad ἐξαμᾷ repetas ὕβρις. Etenim ὕβρις metaphorice positum est pro ὑβριστής. Quod dicere voluit Schol. A. cum scriberet: σοβαρῶς οὐ χρὴ φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα τινά. Ἡ γὰρ κενοδοξία καὶ ἡ τῶν θεῶν καταφρόνησις ἐξανθοῦσα γεννᾷ στάχυν βλάβης, ὅθεν θρήνου ἄξιον θέρος θερίζει ὁ τὴν τῶν θεῶν ἐνδεικνύμενος ὕβριν καὶ καταφρόνησιν.

v. 778. Schol. B. τῶνδε] ὧν ἐποίησαν καθ' ἱερῶν καὶ τῶν ἄλλων. Sed etiam ad personas trahi potest pronomen. — τἀπιτίμια. Semper in plurali apud tragicos usurpatur ea vox. Cf. Blomf. ad h. l. ad S. adv. Th. 1023. et Prom. 77.

v. 781. Copula τ', quam post ἄλλων inserendam censebat Blomfieldius, facile supersedemus. Modo comma post ἐρασθεὶς delendum. Sensus est: „ne quis nimia superbia opes magnas perdat, dum aliena appetit". Adsentitur Schol. A: μηδέ τις ὑπερφρονήσας καὶ παραβλεψάμενος τὴν προσοῦσαν αὐτῷ εὐτυχίαν, ὡς μείζονος ἐρασθεὶς δόξης, ἐκχέῃ καὶ φθείρῃ ὃν τὸ πρὶν εἶχεν ὄλβον μέγιστον.

v. 782. Blomfieldius ad S. adv. Theb. v. 387. docet: „Antiqua notio verbi κόπω vel κόπτω videtur fuisse *gradior:* unde προκόπτω. Erit igitur ὑπέρκοπος *qui nimis longe progreditur*". Quod vix dici potest, quantum distet a veritate. Nam falsum est, κόπτω olim „gradior" valuisse, quod allegato προκόπτω evincere infeliciter studuit Blomfieldius. Etenim κόπτω „tundo", προκόπτω „pulsando extendo" notare, omnibus sat notum. Hinc sequitur ὑπέρκοπος „valde extensus, exhaustus, defatigatus" minime vero „nimis longe progrediens" significat. Porro ὑπέρκοπος cum ὑπέρκομπος confuso, ubique litteram μ extrudere vult Blomfieldius. At ὑπέρκομπος cum minime a κόπτω sed a κόμπος, κομπέω derivetur, valeatque „gloriosus, superbus", diversissimum est ab ὑπέρκοπος.

v. 783. ἔπεστιν servandum censuimus. Valckenaerii conjectura per se quidem satis bene habet, lectione tamen librorum minus concinna est. Non accedit, adest jam Juppiter acerrimus vindex animi superbi.

v. 784. σωφρονεῖν κεχρημένοι i. e. τῇ σωφροσύνῃ κεχρημένοι sunt, qui prudentia utuntur, itaque „prudentes viri." Quod cum facillimum esset intellectu, viri docti tamen alius alio aberrarunt.

v. 786. Blomfieldius: „θεοβλαβέω. *Deos injuriis lacesso.* Perperam Scholiasta τὴν ἐκ τῶν θεῶν βλαβὴν πάσχοντα. Activam vim habet, ut θεοκλυτέω supra 506". Unde habet θεοβλαβέω vim activam? Credit Blomfieldius, omnia verba, quae cum θεὸς composita sint et in -έω exeant, activam vim tenere? Doceat nos, quid valeant: θεομανέω, θεοπρεπέω. Ortum est θεοκλυτέω ex θεόκλυτος significatque „sum θεόκλυτος"; pariter θεοβλαβέω nihil aliud valet nisi „sum θεοβλαβής". Quandoquidem vero θεοβλαβὴς non est, qui Deos lacessit, sed qui a Diis exagitatur, θεοβλαβεῖν idem est ac τὴν ἐκ τῶν θεῶν βλαβὴν πάσχειν aut ἐκ θεῶν βλάπτεσθαι. Quare *non* erat, quod carperet Scholiasten A. Blomfieldius.

v. 789. πάντα non debebat offendere Canterum et Schuetzium. Neutrum pluralis, ut saepissime, adverbii vices sustinet, et h. l. pro πάντως vel πανταχῇ adhibitum est. Sic etiam πάντα explicat Wunderlich. in Observ. critt. p. 156.

παῖδα scripsit Blomfieldius „ex Lobeckii, ut inquit, sententia ad Aj. 801. p. 340." Quasi ibi negasset Lobeckius ἀντιάζειν et similia construi cum tertio casu, quum illa verba posse quartum adsciscere demonstraret. Nulla hic mutandi ratio idonea. Alia res est v. 805. ad quem vide, quae diximus.

Exponit locum Schol. A: ὑπὸ γὰρ τοῦ ἄλγους τῶν ἐπελθόντων τῷ Ξέρξῃ, κακῶν πάντα τὰ μέρη τῶν ποικίλων ἐσθημάτων αὐτοῦ στημοῤῥαγοῦσι, καὶ μετὰ τῶν στημόνων αὐτῶν διαῤῥέουσιν ἐν τῷ σώματι αἱ λακίδες καὶ διασχίσεις. Τοῦτ' ἔστιν ὑπὸ τῆς θλίψεως διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ὁ Ξέρξης.

v. 792. Miram regulam hic comminiscitur Butlerus, admodum raro occurrere apud tragicos in trimetro iamb. acatal. vocem trisyllabam, quae arsin secundi

pedis et tertium pedem expleat, post alteram trisyllabam vel quasi trisyllabam, nisi alteri trisyllabae subjiciatur vox enclitica vel distinctio. Vides hominem externae rerum speciei curiose adhaerentem, naturam vero et causas rerum non inquirentem. Quod displicuit Butlero in versibus, quales descripsit, nihil aliud est, quam quod in duas aequales partes dividi possunt. At quum demonstratum sit, esse quosdam trimetros caesura plane destitutos, quique continua serie recitari debeant (vide Hermanni Elem. doctr. metr. p. 109. seq. Epit. doctr. metr. p. 56.) haud cunctanter ad eundem numerum hic noster versus referendus erit, in quo, quod jure offendat, nihil est. Supersedemus igitur emendatione Butleriana εὖ φρονοῦσα pro εὐφρόνως σύ.

v. 793. Sensus est: „nam eo tantum, quod te audit, ut novi, se sustinebit“ sc. ne gravius quid in se ipse statuat.

v. 796. ψυχῇ διδόντες ἡδονήν· hanc lectionem a nonnullis citra necessitatem mutatam, coll. Theocr. 16, 24. et Horat. 4, 7, 19. defendit merito Wunderlich. in Observ. p. 162. seq.

v. 797. χρήματα pro πλοῦτος legunt Thomas M. et Phavor. v. ὠφελῶ, Schol. ad Eurip. Or. 680. Triclin. ad Soph. Antig. 566. χρήματ᾽ exhibet Cant. 1. quod recepit Blomfield. Nobis contra πλοῦτος h. l. poetam magis decere videtur quam χρήματα, et facimus cum Wunderlich, ll. cc. grammaticos memoria lapsos esse statuente.

v. 798. Ἠ πολλά. Frequenter ita orationem ordiuntur Graeci, vide Elmsleium ad Eurip. Med. 566. p. 176. ed. Lips. — „Postquam Darii umbra disparuit, Chorus pariter atque Atossa, quomodo eius oratio animos affecerit, paucis verbis produnt“. Schuetzius.

v. 802. Schol. B. ἀτιμίαν] διαῤῥῆξιν.

v. 803. Schol. B. ἀμπέχει] περικαλύπτει. Conf. Elmsleium ad Eurip. Med. 277. p. 125. ed. Lips.

v. 805. Iota dativi singularis apud tragicos elidi posse, negatum est a Lobeckio ad Ajac. p. 340. seq. Elmsleio ad Heracl. v. 693. et ad Oed. Col. v. 1435. Botheo ad Oed. Col. 1435, Hermanno in Elem. doctr. metr. p. 55. Epit. doctr. metr. p. 35. ad Trach. v. 675.

Blomfieldio ad h. l. Erfurdtio ad Trach. 675. Passovio in Mel. critt. in Aesch. Pers. p. 46; at affirmatum a Porsono in Praef. ad Hec. p. 24, et v. 905. ad Orest. 584. 1427. Schaefero ad Oed. Col. v. 1435. Hermanno ad Hec. v. 892. Reisigio in Comm. critt. ad Oed. Col. v. 1435. Musgravio ad Ajac. 947. Buttmanno in Gramm. ampl. p. 127. 128. Schneidero De dial. Soph. p. 37. Bene quidem monet Schneiderus l. c. „Mihi quidem persuasum, etsi plura exempla non dativum sed accusativum contineant, tamen cetera omnia corrigere maxime esse temerarium, neque intelligi, cur tragici prorsus ab illa elisione abstinuerint, cum epicos haberent magistros". Veremur tamen, ne elisio dativi profecta sit a grammaticis recentioris antiquitatis. Nam etiam iis locis, quibus brevis postulatur syllaba, non elidebant antiquiores vocalem ι, quod probat Spitznerus De vers. her. p. 172. 188. qui ad Il. V, 5. X, 277. Eustathium p. 514. citat testem, olim sic scriptum fuisse:

ἀστέρι ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα.
χαῖρε δὲ τῷ ὄρνιθι Ὀδυσεύς, ἠρᾶτο δ' Ἀθήνῃ·

Quod si verum est, si utraque syllaba, quae synizesin patitur, brevis sit, ea quoque, quae synizesi efficiatur syllaba, brevis maneat, necesse esse, sequitur. Atque de correptione synecphoneseos, quae in una voce occurrit, jam supra ad v. 526. disseruimus. Quae cum ita sint, παιδὶ ἐμῷ cum Hermanno et Passovio scripsimus.

Sequitur carmen egregium, quo Darii laudes celebrantur. Eius melodia est Dorica, quam ob rem nolimus cum Passovio, Aldinam sequuto, Dorismos relegare. Antistrophicum esse hoc carmen, primus vidit Hermannus De metris p. 427, mutavit correxitque versuum ordinem in Elem. doctr. metr. p. 363. seq. a quo tamen saepius nobis erat discedendum. Cuius rei infra rationem reddamus. Versus dactylici per syzygias legendi sunt.

Stropha et antistropha prima.

–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
–́ ⏑ – – –
–́ – – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –
–́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ – ⏑ –́ –

v. 807. Ne mireris longitudinem versus, lege Marium Victorinum p. 2519. et Aristidem Quintilianum p. 54. ap. Hermannum in Elem. doctr. metr. p. 330. Sensum illustrat Schol. A. θαυμαστικῶς σύγκρισιν ποιεῖται (sc. ὁ χορός) τῶν ἐπὶ Δαρείου εὐτυχημάτων πρὸς τὰ νῦν κακά. Καί φησιν ὄντως μεγάλης βιοτῆς, ἀγαθῆς τε πολισσονόμου, καὶ πόλιν καλῶς νομούσης καὶ διευθετούσης ἐτύχομεν ἐπὶ τοῦ Δαρείου. — Schol. B. πολισσονόμου] καλλίστης ὑπαρχούσης πολιτικῆς. Recte. In Agam. 88. θεοὶ ἀστυνόμοι sunt Dii, qui urbem regunt. Blomfieldius et πολισσονόμος et ἀστυνόμος male vertit „in urbe degens“, quod nostro praecipue loco caret sensu.

v. 808. Hic versus Creticus cum trochaeo esse videtur Hermanno in Elem. doctr. metr. p. 330. quem sequitur Passovius. Aptius tamen est, cognatum versum trochaicum, quem pro catalexi logaoedica habeas, adhaerere dactylico, quam Creticum versum, dactylici dissimilem. Blomfieldius εὖθ' ὁ γεραιὸς scribit, quod in plerisque MSS. exstare ob silentium Butleri suspicatur. Nolis tamen Butlero nimis confidere, qui cum multis locis tum hic satis negligentem se praestitit. Nam de A. Par. et Rob. ne verbum quidem monuit, quos libros γηραιὸς habere aliunde scimus. Metro coactus Blomfieldius in antistrophico versu πάντ' εὔθυνον ex Pauwii conjectura, libris invitis scripsit. Vides igitur γηραιὸς et auctoritate et metro commendari. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 62. p. 77. ed. Lips. „hanc formam, inquit, non nisi metri causa usurpasse videntur tragici“. Quod, cum γεραιὸς in metrum quadret quodlibet, vix crediderimus, sed praeeunte Hesiodo in D. et O. 376. mutationis gratia hic unam illic alteram formam adjectivi adhibuisse videntur tragoediarum scriptores. Quapropter in Med. l. c. MSS. praestantissimis A. B. (recentioris quidem aevi est B. sed codicis A. recensionem exhibet) obsequuti legimus:

τί δ' ἔστιν, ὦ γηραιέ; μὴ φθόνει φράσαι.

v. 809. Recepimus παντάρκας ex duobus codd. doricam formam, quam Atticistae in vulgatam mutarunt. Quod conjecit Blomfieldius, exstat in G. παντάρχης a Butlero probatum. Sed alterum unice verum est: παντάρκας est: „ad omnia sufficiens, qui omnes auxilio suo adjuvat.“ Neque aliter vocem interpretantur Scholia-

stae: A: ὁ παντάρκης καὶ εἰς πάντας ἀρκῶν καὶ διευεργετῶν καὶ διέπων καλῶς, καὶ παντάπασι δίκαιος γενόμενος. — B: παντάρκης] πᾶσι βοηθῶν. Oblitus est Blomfieldius, quod ipse ad S. adv. Th. 828. et recte quidem dixerat, non in -αρχης sed in -αρχος extulisse Atticos huiusmodi adjectiva: πολέμαρχος, etc. In Oed. Col. 1085. ubi παντάρχα olim legebatur, et plurium librorum auctoritas et metrum postulat πάνταρχε, quod merito reposuit Elmsleius, quem vide. Inde elucet, παντάρχης oscitationi librariorum deberi.

ἄμαχος notat h. l. „invictus". Schol. B. εἰρηνικὸς explicat, sed perperam.

v. 810. ἦρχε non monito lectore scripsit Blomfieldius pro ἆρχε. Vides quomodo etiam hodie Dorismi depraventur.

v. 811. πρῶτα μὲν respondet νῦν δὲ v. 839. *olim* sub Dario, *nunc* sub Xerxe. Recte ita jam Passovius connexionem exposuit. — νομίσματα scripsimus ex conjectura Hermanni De metris Pindari p. 191. ed. Heyn. rec. T. III. in Popponis Obs. critt. in Thuc. *p. 151.* et Elem. doct. metr. p. 330. quam probarunt Butlerus et Blomfieldius. νομίσματα sunt „instituta, leges" et πύργινα πάντα est quartus casus: „omnes civitates muris circumdatas", τὰς πόλεις πάσας, quae verba sunt Schol. B.

v. 814. Ex B. Par. ἡμᾶς Brunckius inseruit. Sed vox languida est, neque ab Aeschylo profecta esse videtur. Passovius metro consulens, ut accurata exsisteret responsio, scripsit ἡμέας et paullo post ἄγον ἐς ex Ald. et Rob. ita:

ἰσόθεος Δαρεῖος ἆρχε χώρας.
ἡμέας εὖ πράσσοντας ἄγον ἐς οἴκους.

At omissum augmentum in melicis vix excusari potest, et solutio trochaei in versu logaoed. non occurrit, quare tutius est, quae librariorum saporem redolet, praepositionem ejicere et scribere ἆγον. Etiam in stropha eodem loco exstat Dorismus. Conf. Passovii Censorem in Ephem. Lips. 1818. mense Octobr. p. 2116. qui fere idem monet. Aliam viam iniit Butlerus:

ἄμαχος βασιλεύς, ἰσόθεος Δα-
ρεῖος ἆρχε χώρας.

ἀπόνους

ἀπόνους ἀπαθεῖς εὖ πράσσοντας
ἄγαγον πρὸς οἴκους.

At aoristus h. l. ferri nequit. Infelicius etiam hunc locum tentavit Blomfieldius. Vide lectionis varietatem. Quare malimus non expletam relinquere lacunam, ut fecerunt Porsonus et Burneius, quam admodum incerta textui obtrudere. Fortasse excidit *πατρίδος* vel *Περσίδος*, vel simile quid.

Stropha et antistropha secunda.

–́ – – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑
–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ ⏓
–́ – – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ –
–́ ⏑ – ⏑ –́ –

Magnopere veremur, ne nobis hoc schema proponentibus irascatur is vir, qui unus omnium doctrinae metricae peritissimus merito habetur. Sed ut sunt res humanae, maximum etiam ingenium non ubique ab omni errore vacuum est, neque debent summi viri praecepta plus valere, quam veritatis auctoritas. Quapropter famae non metuamus, planissimeque dicamus, quae res est. Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 363. seq. versus dactylicos cum basi inde a versu 815. ad finem usque totius carminis occurrere contra Burneium et Gaisfordium p. 275. qui puros agnoverunt dactylicos, contendit. Quae sententia ut stabiliatur et muniatur, duobus utitur argumentis V. S. Alterum est, quod nullus a dactylo, praeter unum, quem ob id ipsum suspectum habeat, incipiat versus. Sit hoc verum, cum nulla, ex re ipsa ducta, necessitas reperiatur, quae basin constitui jubeat, ille unus versus cum repugnet sententiae, persuadere debebat Hermanno, falsam esse conjecturam suam. Quid? non unus tantum, quinque sunt versus, qui ei reluctantur. Sed ut effugeret dactylos in versuum initio positos, partim in unum versum conjunxit Hermannus, quae verbis et sensu suadentibus in duos melius dispertiuntur, partim librorum auctoritatem infregit, et emendationibus ditavit poetam. Videlicet pro uno edidit versu in stropha:

οἷα Λέσβος, ἐλαιόφυτός τε Σάμος, Χίος,
ἠδὲ Πάρος, Νάξος, Μύκονος, Τήνῳ τε συνάπτουσ᾽.

et in antistropha:

'Ρόδον τ' (ita pro *καὶ 'Ρ.*), *ἠδὲ Κνίδον, Κυπρίας τε πόλεις, Πάφον,*
ἠδὲ Σόλους, Σαλαμῖνά τε, τᾶς νῦν ματρόπολις τῶνδ'.

Peccavit autem contra monumenta antiqua, quod v. 830. *'Ρόδον τ'* v. 834. *'Ιαόνιον* scripsit, nec non quod v. 835. *ἐκράτυνε* expunxit recepitque *ἐλαύνων*, quae lectio orta est ex corruptela *ἐλάνων*. Nam, si retinuisset vulgatam plurimis optimisque libris stabilitam lectionem, non evitasset dactylum *ακάματος* in versus primordio. Quinque igitur incipiunt a dactylo versus, ceteri a spondeo, ab iambo nullus, licet ter iambum a poeta admissum esse opinetur Hermannus. Etenim *ὅσσας* ex Mediceo cum Blomfieldio recepimus. Exempla huius Ionismi et simillimi *τόσσον* ex tragicis collegerunt Burneius et Blomfieldius ad h. l. Cave tamen, Blomfieldio de eis sermocinanti aurem praebeas. Conf. Passovii Melet. p. 41. De Ionismis vide, quae ad v. 96. diximus. Deinde v. 830. et 835. Hermannus non Aeschylus admisit iambum. Hactenus de altero Hermanni argumento. *Alterum* autem, quod profert Hermannus, est, quod si per syzygias dactylicas inde ab initio legantur versus, potiores ictus in syllabas secundarias incidant. Numquid secundariae sunt hae voces et syllabae: *ὅσσας. πόλεις. διαβάς. ποταμοῖο. οἷαι κ. τ. λ.*? Accedit quod permirum esset, si secunda et tertia stropha atque epodus dactylicos cum basi complecterentur versus, in prima stropha communes dactylicos usurpasse poetam. Parum enim verisimile est, poetas pro libitu metra citra necessitatem commutasse.

v. 815. Plane necessaria esse videtur emendatio Burneii et Hermanni *ποταμοῖο*, quam ideo in textum recepimus. De hac genitivi forma conf. Elmsleium ad Eurip. Med. p. 220. ed. Lips. Passovius, omissa voce *πύργον* in antistropha, versus ita ordinat.

ὅσας δ' εἷλε πόλεις πόρον οὐ δια-
βὰς Ἅλυος ποταμοῦ· οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθείς.
λίμνας τ' ἔκτοθεν αἳ κατὰ χέρσον ἐ-
ληλαμέναι πέρι τοῦδ' ἄνακτος ἄϊον.

ποταμοῦ· οὐδ' pro synizesi habet, quae jam fuit Scholiastae A. sententia: *σκληροτέρα ἡ συναλοιφὴ ποταμοῦδ' ἀφ' ἑστίας, οἷόν ἐστι τὸ τοῦ ἕνεκα, τοὔνεκα.* At quisque

videt, exemplo allato non probari, quod probatum vult Scholiastes. „Urbes κατὰ χέρσον, inquit Passovius p. 41., opponuntur παροίκοις Στρυμονίου πελάγους: ἐληλαμένας vero dixit civitates, continua quadam serie in regionibus a mari remotioribus sitas. Loquutio ut alia in hoc carmine, ad imitationem Homericam comparata est: sic τεῖχος ἐλαύνειν. Odyss. 6, 9. τάφρον ἐλαύνειν. Iliad. 9, 349. ὄγμον ἐλαύνειν. Iliad. 11, 68. ἕρκος ἐλαύνειν, Odyss. 7, 113. αὔλακας ἐλαύνειν. Pind. Pyth. 4, 406. quibus omnibus notio inest ordinis nusquam interrupti perpetuoque decurrentis: nostro loco de urbibus agitur, tam exiguo intervallo dispositis, ut uno veluti munimento praetegere terram viderentur. Nec insulis tantum, sed et orae maritimae opponi ἤπειρον et χέρσον, testis est Hom. Odyss. 9, 49." Quo subtilius haec sunt dicta, eo magis dolemus, quod πύργον ejiciendum esse non efficere possunt. Sed ἐληλαμέναι περὶ πύργον positum est pro περιεληλαμέναι πύργον, „turribus circumdatae" περὶ ἃς πύργος ἐλήλαται. Adsentitur Schol. A. τοῖς τείχεσι κεκυκλωμέναι interpretans, et Censor Passovii in Ephem. Lips. 1818. mense Octobr. p. 2116. 2117. In stropha vero vide, quam facile ΠΟΤΑΜΟΤΟΤΑ confundi potuerit cum ΠΟΤΑΜΟΙΟΟΤΑ.

Blomfieldius poetam in animo habuisse existimat oraculum illud Croeso datum, quod si verum esset, satis inepta esset eius mentio. Quidnam est Dario commune cum Croeso? Quo spectaverit Aeschylus, ipse verbis οὐδ' ἀφ' ἑστίας συθείς declaravit. Nempe laudant senes Darium, quoniam cum alios mitteret, qui populos alienos subigerent, ipse domi remanserit et reipublicae togatae praefuerit, objurgant Xerxem, qui ipse in bellum profectus sit.

v. 817. Ἀχελωΐδος ex Aldina recepit Passovius, ita disserens: „Dicunt Acheloides urbes esse maritimas. Sed quis unquam mare Acheloum vocavit? quis unquam Acheloum ad urbes transtulit? Transiit sane nomen proprium in significatum appellativum, sed de fluminibus tantum adhibebatur et de eis, quae ad flumina pertinent, v. *Jo. Henr. Voss. ad Virg. Georg.* I, 9. p. 51. Lubenter igitur arripui quod praebet Aldus: mare Strymonium est sinus, quem Strymonis ostia in immensum dilatata efficiunt; bene vero dicitur Acheloïus, quum

definiri nequeat, ubinam desinat fluvius incipiatque mare.“ Quae sunt sagacius, quam verius excogitata. Namque non meminimus femininam formam, qualis est Ἀχελωΐς, unquam conjungi cum substantivo neutrius generis. Schuetzius: „ἀχελωΐδες πόλεις, inquit, dicuntur urbes maritimae, quia, ut recte monet Scholiastes, omne ὕδωρ Ἀχελῷον appellabatur“. At cum verum sit, aquam dici potuisse Ἀχελῷον, unde sequitur, licitum fuisse cuiquam, mare sic appellare? unde urbes etiam ad mare sitas? Sed Ἀχελωΐδες πόλεις esse videntur „urbes fluviales“ i. e. fluvio adjacentes. A sententia nostra stat Censor Passovii in Ephem. Litt. Lips. 1818. mense Octobr. p. 2117. Paullo artificiosior neque verа est Jo. Muelleri explicatio, Ἀχελωΐδας appellative pro insulis dici, ita terrae vicinis, ut fluminum limo, Echinadum ad instar aggestae videantur. At Acheloides insulas ignorant geographi, quod recte animadvertit Schuetzius. Blomfieldius denique, quid de hoc Aeschyli loco statuat, nescit.

v. 818. Desinit stropha in ἐπαύλων, quare post eam vocem colon posuimus, sequente versu comma post ἔκτοθεν delevimus.

v. 819. λίμνας τ᾽ ἔκτοθεν interpretatur Scholiastes A: καὶ ἔξω τῆς θαλάσσης, ὅσαι εἰσὶ μεσήπειροι. Recte. Sequuntur urbes a mari remotiores. In edd. vett. omnibus αἵ occurrit, quod iniuria, ni fallimur, in articulum mutavit Passovius. Post ἐληλαμέναι subauditur εἰσὶ ex praecedentibus. Conf. notam ad v. 815.

v. 821. „Ἕλλας πόρος πλατὺς fluxit ex Iliad. 7, 86. illustravit verba Censor Iliadis Heynianae. Eph. Litt. Jen. 1803. 131. p. 306.“ Sic Passovius p. 42. Adjectivum πλατὺς ita enucleat Blomfieldius: „Πλατύς. *Latus*. Schol. ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ. Verba sunt Homeri, Il. Η. 86. Athenaeus II. p. 41. B. Ὅμηρος — διαστέλλει καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος· τὸν μὲν Ἑλλήσποντον εἶναι λέγων πλατύν. ὑπὲρ δὲ θατέρου φράζων, Στήσαμεν νῆας ἀγχοῦ ὕδατος γλυκεροῖο. Hesych. πλατὺ ὕδωρ. τὸ ἁλμυρόν. Casaubonus ad Athenaeum l. c. loca quaedam ex Aristotele profert, ubi πλατὺ *salsum* significare videatur. Sed hanc esse vim eius apud Homerum, vix quisquam hodie est, qui credat. Scholiasta Venetus intelligit eam Hellesponti partem, ubi πλατύτερος esse incipit. Sed ve-

ram epitheti rationem reddidit Woodius nostras in Troadis Descriptione p. 320. ubi observavit, Homerum et Herodotum de Hellesponto, quasi de *fluvio*, locutos esse. Xerxes apud Herodot. VII. 35. Hellespontum δολερόν τε καὶ ἁλμυρὸν ποταμὸν vocat. Homerus autem dicit πλατὺν et ἀγάῤῥοον, quod de nullo mari dixit. Quod autem objecit censor quidam semidoctus in Censura Edinensi Tom. XXI. p. 136. Hellespontum etiam ἀπείρονα apud Homerum audire, id nullius est ponderis, siquidem istud epitheton ad longitudinem freti, non ad latitudinem spectat. Cum Woodio autem consentiunt judices idonei, Chandlerus in Itin. Asiat. p. 10. et Larcherus ad Herodot. T. V. p. 297."

v. 822. στόμωμα e codd. quatuor metro jubente recepimus. Paullo ante minus recte Blomfieldius recepit conjecturam suam ἀρχόμεναι. αὐχόμεναι sunt urbes, quae opulentia et divitiis superbiunt. Schol. A: καὶ τὸ στόμα τοῦ πόντου, ἤγουν ὁ Βόσπορος, οὗτος γὰρ στόμα πόντου λέγεται. Citat Blomfieldius Rhes. 436. ἥκω περάσας ναυσὶ πόντιον στόμα. Apollon. Rhod. I. 1114. φαίνετο δ᾽ ἠερόεν στόμα Βοσπόρου. Dionys. Perieg. 140. τῇ δ᾽ ἔπι Θρηΐκιον στόμα Βοσπόρου. Theocrit. XXII. 28. νιφόεντος ἀταρτηρὸν στόμα Πόντου. Sed secundum et tertium exemplum non quadrat. Elmsleius ad Eurip. Med. 208. p. 109. ed. Lips. locum nostrum de Hellesponto intelligit; quapropter interrogamus, quid sit Ἕλλας πόρος πλατύς? Neque minus πόντου κλῇδ᾽ ἀπέραντον l. c. Bosporum notare, persuasum nobis est. Heathii conjectura ἀπεράντου non opus est, quoniam κλῇς ἀπέραντος est „ostium, introitus, per quem vix penetrat navis". Cum περαίνειν significet „ad exitum penetrare, perfodere aliquam rem", non videmus, cur vituperet Elmsleius glossatorem cod. Par. A. sic locum exponentem: τὴν δυσχερῆ πρὸς τὸ περᾶσθαι. Quid? per Hellespontum Graeci non pervenerunt in Pontum sed in Propontidem, quo factum est, ut formulam στόμα πόντου, vel κλῇς πόντου nonnisi de Bosporo usurparent.

Stropha et antistropha tertia.

–́ – – ∪ ∪ –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́ –
–́ ∪ – ∪ –́ ∪ –
–́ ∪∪ – ∪ ∪ –́ ∪ ∪ – ∪ ∪ –́ ∪ ∪

–́ ⏑ ⏑ – ⏔ –́ ⏑ ⏑ – – –́ ⏑ ⏑ – –
–́ ⏑ – ⏑ –́ –

De metris hujus strophae vide, quae ad strophas primam et secundam diximus. Quae sequuntur insulae, altera tantum pars Asiae adjacent, altera in medio mari Aegaeo sitae sunt. Ipse id indicavit poeta v. 826. copula gravi ἠδὲ adhibita. Quamobrem v. 823. αἳ ex libris restituimus, ne deleto accentu sensus pessumdetur. Schol. A. νᾶσοι θ' αἳ] νῆσοί τε. ἀπὸ κοινοῦ τὸ οἷαί εἰσιν, αἵ τινες περίκλυστοι καὶ ὑπὸ τῆς θαλάσσης κλυζόμεναι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον· τοῦτον γὰρ πρῶνα ἅλιον λέγει.

κατὰ πρῶν' ἅλιον „secundum Hellespontum". Quam in regionem se vertit Hellesponti flumen, in eandem spectant insulae Lesbos, Chios et Samos. πρῶν' ἅλιον Hellespontum notare, et res ipsa evincit et Scholiastae confirmant. Occurrit πρὼν ἅλιος v. 105. et γέφυρα ἐν δυοῖν ζευκτηρία v. 691. ad quos vide notas. Schnetzius de Canis promontorio parum noto, et Blomfieldius de paeninsula Chio opposita cogitant, versus 105. obliti. Itaque sic locum interpretamur: „Insulaeque, cum quae secundum Hellespontum celeberrimae huic terrae adjacent, qualis Lesbos, oliviferaque Samos, Chios; tum Paros, Naxos etc." Copulam inseri post Χίος, quod placuit Schuetzio, non opus est, praesertim in Aeschyleis melicis.

v. 824. τᾷδε γᾷ προσήμεναι. Innuitur Asiae paeninsula.

v. 825. In editionibus veteribus omnibus οἷα legitur, an idem in MSS. dubium est, quandoquidem in accentu enotando negligentiores sunt collatores. Hic et metrum et sensus οἷα flagitat. Non vult enim dicere poeta, adjacere insulas tamquam vel quomodo Lesbos adjaceat, sed Lesbum ipsam cum aliis Asiae adjacere. Eadem constructio invenitur supra v. 818. οἷαι Στρυμονίου πελάγους Ἀχελωΐδες κ. τ. λ. et infra 891: οἷος ἦν Φαρανδάκης κ. τ. λ. — Χίος non Χῖος, quod incolam insulae notat, cum Ald. et Rob. scribendum esse, primus sensit Porsonus.

v. 826. Neutralem tenere posse significatum verbum συνάπτειν, demonstrarunt Erfurdt. et Elmsl. ad Oed. R. v. 664. Herm. ad Aj. v. 1296. Monk. ad Eu-

rip. Hippol. 187. Lobeck. ad Aj. v. 698. Blomf. ad h. l. Passov. in Mel. p. 42. Schol. A. *Τήνῳ τε*] *καὶ ἡ Ἄνδρος νῆσος ἡ συνάπτουσα τῇ νήσῳ Τήνῳ καὶ συνημμένη αὐτῇ καὶ ἀγχιγείτων ταύτης τυγχάνουσα.* Schol. B. *συνάπτουσ'*] *πλησιάζουσα.*

v. 828. De *ἀγχίαλος* confer Lobeck. et Herm. ad Aj. v. 135. *νῆσοι ἀγχίαλοι* sunt insulae, quae proxime absunt a continentis terrae littore. Nescimus quis in Ephem. Jen. 1815. n. 48. p. 379. conjecit *εἰναλίους*, quo non est opus. Porsonus in Advers. p. 183. citat Q. Calabr. XIII. 467. *ἀγχιάλου Τενέδοιο.* Geminum in Anthol. IV. p. 299. HSt. *ὑβρίζων Μαραθῶνα καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος ἔργα.* — Olim legebatur *μεσάγκτους* quod Pauwius „medio constrictas" interpretatus est, ita ut *κρατύνειν νῆσον μέσαγκτον* „totam insulam obtinere" valeret. At *μέσαγκτος* vocem Graecam esse merito dubites. Heathius *μεσακτίους* scripsit de conjectura, quod amplexi sunt Brunckius et Schuetzius, eo metrum jugulari non sentientes. Blomfieldius *ἐπάκτους* proponit, quod tamen a librorum scriptura remotius est, quam ut probari possit. Butlerus *μεσάγκους* excogitavit accito Hesychio: *Ἄγκος· νῆσον πολλὰ ἄγκη ἔχουσαν.* Nos quidem *μεσάκτους* cum libris nonnullis retinuimus, quam vocem vertimus: „inter *ἀκτὰς* Asiae et Europae sitas". Sane est quod objicias, etiam alias insulas inter Asiam et Europam jacere, sed nolis rerum geographicarum negligentiam quandam vitio vertere ingeniosissimo poetae. Imo illud aevum, quam rude fuerit in geographia, omnibus est satis notum. Ne tamen desit acumen Scholiastae B. adspergamus eius notam: *μεσάκτους*] *ἐπειδὴ τὰ κύκλῳ τῶν νήσων ἀκταί εἰσι, διὰ τοῦτο μεσάκτους τὰς νήσους καλεῖ.*

v. 829. Schol. A. Cant. 2. pro v. l. et Vict. praebent *ἕλος*, quae lectio et multo exquisitior est, et rectius sensum reddit. Eam Schol. A. *κλύδωνα* interpretatur, et recte quidem. Nam *ἕλος* cum pro *λίμνη* usurpetur (cf. Wess. Herodot. I, 191.), aeque ac *λίμνη* maris locum obtinere potest, eius scilicet, quod propter insularum in eo positarum multitudinem paludis speciem gerat. Id ad *Ἰκάρου ἕλος* egregie quadrat. Porro non praetermittendum est, non solum Icarum, sed quae omnes insulae mari Icario contineantur, sub potestate Darii fuisse, quod non exprimitur vulgata lectione. Quid?

vulgata lectio, cum ad Icari fabulam respiciat, vix ferri potest. Icarus nempe insula minime a Daedali filio, sed a Ionica voce *κάρα* vel *κάρος* „pascua“ nomen accepit. Conf. Hesych. v. *Κάρ*, et Bochart. Hieroz. I, 429. Huc spectat Strabo X, in fine: *ἡ μὲν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ' ἔχει, καὶ χρῶνται αὐταῖς οἱ Σάμιοι.* Serioribus autem temporibus, cum et locorum et gentium omnium nomina ad heroas quosdam referrentur, Icarum Daedali filium excogitatum esse ex eo colligimus, quod Apollodorus primus est, qui eius mentionem facit. Vide Biblioth. II, 6, 3. Porro, etiamsi Icari fabula antiqua esset Aeschyloque nota, *ἕδος* inepte dictum esse ex eo elucet, quod aut de domicilio aut de divino cultu Icari esset interpretandum. Sed nec habitabat unquam nec ullo cultu honorabatur in ista insula Icarus. Denique genuina lectio facillime abiit in depravationem. Nam quid interest inter *ΕΛΟΣ* et *ΕΔΟΣ*? Quae cum ita sint, nulli dubitavimus, quin *ἕλος* praeferremus.

v. 830. *ἠδὲ* ex codd. nonnullis recepimus.

v. 831. Minus bene Passovius *τῆς* ex Aldina revocavit. — *ματρόπολις*, non *αἱ Ἀθῆναι*, ut visum est Scholiastae B, sed Salamis intelligenda est. Schol. A: *ἄποικοι γάρ εἰσιν οἱ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίνιοι τῶν ἐν Ἀττικῇ· φασὶ γὰρ ὅτι τοῦ Αἴαντος αὐτόχειρος γεγονότος ὁ Τεῦκρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ἐν τῇ Σαλαμῖνι τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀπελθὼν οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ αὐτῶν Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἴαντα κωλύσας σφαγιασθησόμενον ὑφ' αὐτοῦ. Κατελθὼν οὖν ἐν τῇ Κύπρῳ ἀνεδείματο πόλιν καὶ ταύτην καλέσας Σαλαμῖνα ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ.*

v. 832. *στεναγμῶν* vera est Hermanni conjectura. Construas *αἰτία τῶνδε νῦν στεναγμῶν*. Schol. B. *τὸ νῦν πρὸς τὸ στεναγμάτων σύναπτε.*

Epodus.

–́ – – ⏑ ⏑   –́ ⏑ ⏑ – ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ –
–́ – – ⏑ ⏑ –́   –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑
–́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ ⏑ ⏑
–́ – – –   –́ –
–́ – – ⏑ ⏑   –́ –
–́ – – ⏑ ⏑   –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑   –́ ⏑
–́ – – ⏑ ⏑   –́ – – ⏑   –́ ⏑ – ⏑

v. 835. Hic verbus est asynartetus, quod jam vidit Lachm. De chor. syst. p. 51. Rixam illam de Athen. III. p. 86. C. a Burneio motam, ab aliis propagatam, dissolvit et explanavit Passovius ad h. l. p. 43. Procul dubio h. l. nihil est inserendum. Cum vero libellus Passovianus non multorum manibus teratur, operae pretium putavimus integrum ex eo locum adscribere: „Caeterum v. 3. post *ἐκράτυνε Burnejus* addi voluit *ἀναριτοτρόφους*, assumptum ex *Athenaeo*. 3. p. 86. C. ubi haec: *Αἰσχύλος δ᾽ ἐν Πέρσαις τὰς Ἀναριτῶν νήσους ἀναριτοτρόφους εἴρηκεν*: assensus est *Ed. Maltbyus ad Morelli Lex. prosod. Graec.* p. 84. Sed verissime ad haec respondet *Burneji* censor Britannus (Edinb. Review. Maj. 1811. p. 169.), nec de insulis Ionicis hic esse sermonem, et admodum improbabile videri, Aeschylum tam ludicra periphrasi usum esse in re gravissima: jubet ergo *Epicharmi* nomen *Aeschylo* substitui: utrumque saepissime confundi multis exemplis probaverat *Gaisf. ad Hephaest.* p. 277. ac constat praeterea ex *Etym. Magno* p. 155, 39. *Epicharmi* quoque *Persas* exstitisse. Hanc Britanni sententiam postea ad alium locum transtulit *Meineckius, curae crit. in Athen.* p. 20. Afferunt enim Schol. ined. ad *Hermog.* apud *Bastium ad Greg. Cor.* p. 241. tanquam ex *Aeschyli Persis* vocabulum *ὑπόξυλος*, quod *Meineckius* similiter *Epicharmo* reddidit. Ipse aliquando in libello *de Lex. Graecis* p. 31. de *Phrynichi Persis* cogitaveram. Sed *Hermannus* in dissertatione de versibus spuriis ap. Aeschyl. p. XI. haec conamina admodum lubrica sane et incerta improbans, utramque vocem e *Persis Aeschyli* excidisse contendit, nec ex altera quadam editione, sed ex ea ipsa, quam nunc habemus, quod ubi factum videretur, aliis quaerendum reliquit: *νηριτοτρόφους* vero e cod. Athen. scribendum esse affirmat. Quaesivi quidem, sed nihil inveni: ne id quidem, ubinam terrarum *νῆσοι* illae *Ἀναριτῶν* sitae fuerint, ita ut mihi de depravatione quadam nominis fere persuasum sit. Vix tamen certi quicquam poterit effici, quum praeter *Phrynichum, Epicharmum, Aeschylum*, alii quoque *Persas* scripserint". Blomfieldius in illo Athenaei loco Epicharmi nomen reponendum esse existimat.

De emendationibus, quibus hanc epodum affecit Hermannus, supra ad stropham secundam verba fecimus.

v. 839. 840. Ante *πολέμοισι* delevimus comma, posuimus post *πολέμοισι*, Lachmanno praeeunte De chor. syst. p. 51. Primus Hermannus *ν* paragogicum addidit, quo non opus est. Ita vero periodi constructio cum eius metrica ratione conspirat. Neque alia exstabat membrorum dispertitio in antiquissimis libris, quod colligimus ex Schol. A: *νῦν οὐκ ἀμφιβάλλεται, ἀλλ᾽ ἀληθῶς ταῦτα φέρομεν ἐν τοῖς πολέμοις, δηλαδὴ τὰς ἐπελθούσας ἡμῖν συμφοράς, τὰς ἐκ θεοῦ τραπείσας πρὸς ἡμᾶς.* Qui sequitur versus, huius continet expositionem. In eo post *μεγάλως* comma sustulimus, particulam *τὲ* nostra sententia satis frigidam, neque magna auctoritate nisam expunximus.

„Venit tandem Xerxes, adspectu, habitu, fortuna miserabilis; suasque querelas Chori quaestionibus, vituperiis, lamentationibus miscet". Sic Schuetzius.

v. 841. De exclamationibus, quae anapaesticis carminibus praemissae inveniuntur, exposuerunt Seidlerus De vers. dochm. p. 194. Elmsleius ad Eurip. *Med.* v. 95. p. 88. ed. Lips. — Passovius *δύσστηνος* scripsit Schaeferum ad Dionys. de compos. p. 91. sequutus. At recte in Lex. Gr. T. I. p. 388. sententiam mutavit. Dandum enim in talibus aliquid euphoniae, neque litterae appingendae, quas vix pronuntiare possis.

Schol. A. *ἰώ, δύστηνος ἐγώ*] *ὁ Ξέρξης ὑπομιμνησκόμενος τῶν ὅλων Περσῶν ὀλωλότων αἰσχύνῃ καὶ ἐλέῳ πιεζόμενος θρηνεῖ, λέγων φεῦ τῆς στυγερᾶς καὶ μισητῆς ταύτης μοίρας κυρήσας καὶ ἐπιτυχών, κακοτελευτήτου καὶ εἰς κακὰ καταντησάσης.*

v. 842. Schol. B. *ἀτεκμαρτοτάτης*] *ἀπροσδοκήτου.*

v. 844. Docta est nota Blomfieldii: „*Τί πάθω.* *Quid mihi fiet? Quid agam?* In huiusmodi interrogationibus aoristi subjunctivus vicem futuri indicativi haud raro supplet. Herodot. IV. 118. *τί γὰρ πάθωμεν, μὴ βουλομένων ὑμέων τιμωρέειν;* Soph. Trachin. 974. *Τί πάθω; τί δὲ μήσομαι; οἴμοι.* Eurip. Hecub. 618. Phoeniss. 909. Suppl. 259. *τί γὰρ πάθω;* de qua formula vid. Valckenaer. ad Phoeniss. 902. Aristoph. Plut. 603. *τί πάθω τλήμων;* Noster Theb. 1060. *τί πάθω; τί δὲ δρῶ; τί δὲ μήσωμαι;* Theocrit. III. 24. *ὤ μοι ἐγώ, τί πάθω.* In Suppl. 774. futuro utitur, *τί πεισόμεσθα; ποῖ φύγωμεν;* Aoristo Eurip.

Helen. 817. *σιγῇ παράσχω δῆτ᾽ ἐμὰς δῆσαι χέρας*; 1268. *τί σοι παράσχω δῆτα τῷ τεθνηκότι*; ibid. 1090. *πρὸς τάφῳ τῷδ᾽ ἥσυχοι καθώμεθα*; Cf. Nostri Choeph. 11. Aristoph. Plut. 222. Hermann. ad Aristoph. Nub. 88."

v. 845. Repudiandam esse Schuetzii emendationem *ἐμοί*, et restituendam librorum lectionem *ἐμῶν*, bene demonstravit exemplisque illustravit Passovius in Melet. p. 45. collaudatus a Well. in Comm. Aesch. p. 42. In fine versus plene interpunximus.

v. 846. Delevimus punctum post *ἀστῶν*, quoniam hic versus cum sequentibus una periodo continetur. Inde sequitur quartum casum esse *ἐσιδόντ᾽*. Vertas: „utinam me quoque, hanc virorum aetatem adspicientem, mortis sors obtexisset." Etenim hoc dicere vult Xerxes: Cum vos adspiciam, expergefacta est memoria miseriarum mearum, ita ut cum viris defunctis mortis sorte me obtectum esse optem. Cuius explanationis auctor est Passovius, iniuria reprehensus a censore suo in Ephem. Lips. 1818. mense Octobr. p. 2117., qui quidem vituperationis nullum plane argumentum protulit.

v. 847 — 849. Hic locus negotia facessivit viris doctis. Cum vero *μοῖρα* non *μοίρᾳ* scribendum esse metrum demonstret, etiam *Ζεύς* in *Ζεῦ* transformandum esse apparet. Sed utrum *εἴθ᾽ ὤφελε Ζεῦ*, an *εἴθ᾽ ὄφελε Ζεῦ* legendum sit, magis ambiguum. Blomfieldius *ὤφελεν ὦ Ζεῦ* dedit, quod sola eius conjectura nititur. Verum quidem est, vocalem ante ζ ibi tantum corripi, ubi aliter verbum, cuius prima littera est ζ, in versum cogi non possit, id quod probarunt Schaeferus ad Gregor. p. 873. ad Dionys. Hal. p. 289. et Graefius ad Meleagr. 91. p. 118., unde elucet, *εἴθ᾽ ὤφελε Ζεῦ* ferri non posse, minime tamen audaciori conjectura afficiendus est locus. Nam augmenti abjectionem in versibus anapaesticis hic gravissima Medicei auctoritate commendatam exemplis corroboravit Elmsleius ad Eurip. Med. 1380. p. 321. ed. Lips.

v. 851. *Περσονόμος τιμὴ μεγάλη* est „Persarum regis majestas." Adjectivum nempe valet „Perses regens", quod bene Schol. B. *νενομισμένη τοῖς Πέρσαις* i. e. „a Persis agnita" interpretatur. Blomfieldius: „Honor, qui Persis ab iis habetur, qui eorum legibus utuntur." Id

tamen peccat contra linguae leges. Versu 549. occurrit passivum *περσονομοῦνται* „qui legibus Persarum obediunt."

v. 852. *κόσμου τ' ἀνδρῶν* explicat Schol. A. *ἀντὶ τοῦ τῆς νεότητος, περιφραστικῶς, τῶν νέων ἀνδρῶν καὶ γενναίων,* quo tamen non *κόσμου τ' ἀνδρῶν* sed potius *στρατιᾶς ἀγαθῆς* spectare videtur. Melius comparatur hic versus cum v. 409:

Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν,
ψυχήν τ' ἄριστοι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς,
αὐτῷ τ' ἄνακτι πίστιν ἐν πρώτοις ἀεί·

Hos etiam nuntius separavit a reliquo exercitu.

v. 855. Putida est ratio, qua defendit scripturam vulgatam Brunckius: „Cur hic aliquid mutandum sit, non video: nec quaerendum, an talia Persae Regi suo dicere ausi fuissent. Non enim ista, ut coram Persis recitarentur, scripta, sed coram Atheniensibus, quorum auribus nihil gratius accidere poterat, quam *crimina* haec a senibus in Xerxem conjecta." Id respuunt artis tragicae leges. Neque unquam Aeschylus tale quid sibi indulsit, quod ex poeticis legibus, ex personarum verba facientium conditione et natura, aliisque rebus male se haberet, neque defendi posset. Imo ubique curavit poeta noster, ne characterum, quos vocant, adumbratio violaretur, ne quisquam hic faceret aut diceret, quod contrarium esset ei, quod alibi fecisset aut dixisset. Reverentia ergo, qua per totam fabulam Xerxem prosequuntur senes (cf. prae ceteris v. 129.), non patitur, ut tam acerbe et graviter increpent regem, et talia crimina in eum conjiciant. Turpiter enim ipsi senes in id incurrissent vitium, quod de aliis timuerunt v. 555:

οὐδ' ἔτι γλῶσσα βροτοῖσιν
ἐν φυλακαῖς· λέλυται γὰρ
λαὸς ἐλεύθερα βάζειν κ. τ. λ.

Quid? ut Atheniensium auribus blandiretur, consulto et cogitato in peritorum artis judicum vituperationem prorupit Aeschylus? Quapropter non dubitamus, quin Scholiastae B. ingenium rectam viam demonstraverit, qua optime omnibus ex difficultatibus expediamur. Interpunctione correcta legimus:

γᾶ δ' αἰάζει τὰν ἐγγαίαν
ἥβαν, Ξέρξα, κταμέναν Ἅιδου
σάκτορι Περσᾶν.

quae ita interpretamur: „Terra autem ingemit indigenam juventutem, Xerxes, occisam ab eo, qui Orcum implevit Persis" sc. a Marte, cui omnes calamitates bello acceptae debentur. Audias autem Scholiasten B. Ξέρξα] ὦ. et ᾅδου σάκτορι] Ἄρει δι' οὗ πληροῦται ὁ Ἅιδης νεκρῶν. Minus bene Pauwius voce σάκτορι Charontem subintelligit. Quod auctoritatem ex libris haustam dativi attinet, nolis credere, collatores eum unice verum putantes nimis anxie de iota subscripto quaesivisse. Vocativi Ξέρξα autem forma est Dorica, quae optime conspirat et cum totius loci natura, et cum τὰν ac Περσᾶν. Bene Passovius Περσᾶν cum σάκτορι conjungit, quod alii cum ἥβαν, Blomfieldius cum sequentibus connectit. Exempla duplicis genitivi vide ap. Passov. p. 47. et fabulae nostrae v. 94. 486. cum notis. Sed allocutio regem admonet, in quantum immiserit Persas miseriarum.

v. 857. Ἀγδαβάται non est nomen proprium, sed appellativum, quod significat: „tractim, continuis agminibus procedentes". ἄγδην occurrit ap. Lucian. Lexiph. p. 528. et formatum est ab ἄγω, ut φύρδην a φύρω, et σύρδην a σύρω. Inde autem formatur ἀγδαβάτης. Sensus totius loci est: „Agmine facto decesserunt (i. e. perierunt) multi viri, regionis flos, arcu potentes. Nam omnino numerosissimus proventus virorum periit." Ad ἀγδαβάται conferendum videtur, quod supra v. 21. exstat: πολέμου στῖφος παρέχοντες. Itaque omnes, qui eam vocem tentarunt, a recta via aberrarunt.

v. 859. De voce πάνυ conf. Porsonum ad Eurip. Hec. 819. — φύστις a φύω „proventus" nove dixit Aeschylus: immerito autem Blomfieldius hanc vocem in suspicionem vocavit, quam cum plurali verbi junctam esse nemo mirabitur. Excipiunt autem sese duae enuntiationes praecedentium causam per particulam γὰρ referentes.

v. 860. Hiatus in versus fine personae mutatione excusari, docuit Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 372. 373. Epit. doctr. metr. p. 141. et Lachmannus De chor. system. p. 29. 30.

v. 861. Ante Brunckium editiones omnes *αἶ* bis tantum exhibent, et videtur profecto exclamatio non pluries in MSS. paene omnibus exstare. Qua re permoti Seidlerus De vers. dochm. p. 194. et Passovius interiectionibus extra versum positis ita scripserunt:

αἶ αἶ.

κεδνᾶς ἀλκᾶς.

Contradixit quidem Passovii Censor in Ephem. Lips. l. c., cum moneret propter numeri legem quater interiectionem poni debere, nos tamen non perspicimus, qua lege vetitum sit, ne exclamatio excludatur monometerque anapaesticus usurpetur. Sed alia via haec ordinatio erat infringenda. Arctius cohaeret exclamatio cum genitivo, quam ut ab eo separari et divelli possit. Vide 251. *αἶ αἶ στρατοῦ φθαρέντες.* 686. *ὦ πόποι κεδνῆς ἀρωγῆς κἀπικουρίας στρατοῦ.* 850. *ὀτοτοί, βασιλεῦ, στρατιᾶς ἀγαθῆς.* 921. *ὦ ὦ δαΐων.* locos nostri simillimos. Extra versum ponuntur, quae exclamationes interrumpunt orationem, et ne omnes quidem. Cuius rei exempla ubique obvia sunt. Quare codicis Cant. 1. lectionem lubenter confidenterque arripuimus. Neque silentio est praetermittendum, in interiectionibus ita saepe peccavisse librarios veteres, ut in hac minuta re paene evanescat codicum auctoritas. — Blomfieldius scripsit *κενεᾶς*, quo minime est opus. „Vaeh, praeclarum robur!" sc. quod periit.

Quod sequitur carmen moestitiae et lamentationum plenissimum insigne est iis metris, quae gravissima ad summum depingendum luctum plurimum faciunt. Alternant dochmiaci versus cum anapaesticis. Hi vero liberioris generis sunt, quo parcius usa est antiquior Aeschyli et Sophoclis quam recentior Euripidis tragoedia. Praeclare de eo monet Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 384: „Caret hoc genus necessitate caesurae, multosque continuos amat paroemiacos, eosque plerumque totos ex longis syllabis factos. Nam omnino ita spondeus in his versibus regnat, ut iure anapaesti spondiaci appellari possint, etsi iidem etiam proceleusmaticos recipiunt. Caesuram saepe de industria neglectam videmus, quo statim aliam indolem hi versus proderent. Paroemiaci quum continui ponuntur, apertum est, quia natura sua catalectici sunt, nulla eos numeri perpetui-

tate cohaerere. Itaque et in vocalem exire possunt, sequente versu a vocali incipiente, et syllabam ancipitem habent. Curatur tamen, ut plerumque in longa syllaba terminentur, quod sic aptius in tam tardo et gravi numero vox requiescit. Interdum a paroemiaco initium fit." Neque tamen praetereundem est, ubi loci argumentum liberiores anapaestos non efflagitaret, eo genere abstinuisse Aeschylum et Sophoclem. Quod propter v. 500. monuimus, ne quis inconstantiae et temeritatis nos coargueret.

Primus in hoc carmine, quod in editionibus veteribus μονοστροφικῶς legitur, quaedam responsionis vestigia detexit Hermannus De metr. p. 428. quem sequitur Schuetzius 2., antistrophica v. 883. incipiens. Propius iam vero accesserunt Burneius in Tentamine de Metr. Aeschyli et Blomfieldius (nam Butlerum, qui nihil non licitum esse sibi existimavit in ordinando hoc carmine, quod ita descripsit, ut integram aliquam antistropham, atque in alia antistropha quatuor versus deesse sumeret, praetereaque plurima violenter mutavit, nil moramur). Quibusdam fere consentit, multa tamen rectius constituit Passsovius. Nuper etiam Lachmannus De chor. syst. p. 99 — 105. hoc carmen tractavit. Seidlerus vero De vers. dochm. p. 176. dubius haesit de eius ratione.

Proodus.


⏑ ⏑ ⏑́ – –, ⏑ ⏑ ⏑́ – –
– ⏑́ – –
⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́

Alii ultimum versum cum praecedenti conjunctum pro anapaestico habent. Confer Herm. Elem. doctr. metr. p. 383. Epit. doctr. metr. p. 147. Passov. in Mel. p. 48. et Blomf. ad h. l. At proceleusmaticus, qui anapaesti vice fungitur, male nos habet in Aeschyleis. Quae ex Euripidis et Aristophanis carminibus proferuntur exempla, iis nihil quod ad antiquiorem valeat tragoediam, effici, non est, quod moneamus. Nimis profecto spondiaco anapaesto adversatur proceleusmaticus. Quare cum Seidlero et Lachmanno ll. cc. facimus, nullique dubitamus, quin Aeschylus his versibus praemissis praeludere voluerit iis numeris, quos in toto carmine erat adhibiturus.


v. 862. Bene *βασιλεῦ γαίας* copularunt Blomfieldius, Lachmannus, Passovius, quod jam proponebat Schuetzius in Commentario. Sensus vero est hic: „Asia autem tellus, rex terrae, terribiliter terribiliter in genu concidit“ i. e. robur Asiae terribiliter fractum est. Sic Herod. VI. c. 27. *μετὰ δὲ ταῦτα ἡ ναυμαχίᾳ ὑπολαβοῦσα ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε.* Locum bene illustrat Schol. B. *τεταπείνωται καὶ καταβέβληται ἐκ μεταφορᾶς τῶν μὴ δυναμένων στῆναι διαπηρώσει σκέλους. Εἴληπται δὲ εἰς παροιμίαν.* Conf. Blomf. in Gloss. ad h. l.

Stropha et antistropha prima.

Systema prius.



Systema posterius.



v. 866. *πατρῴᾳ* reposuimus cum Blomf. Pass. et Lachm. pro *πατρίᾳ*. Illud quoad sensum etiam aptius h. l. esse videtur. Vide Bekkeri Anecd. gr. Vol. I. p. 297, 30. et confer Hermann. in Censura Medeae Elmsl. p. 362. cuius tamen sententia non ex omni parte probari potest. Apud Schol. B. leguntur: *ἤγουν ἀφορμὴ θρήνου πᾶσι γέγονα διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐμοὶ συμφοράν, καὶ τῇ πατρῴᾳ γῇ κακῶν αἴτιος γέγονα, δι' ὧν τοσοῦτον πλῆθος ἀπώλεσα ἐν Ἑλλάδι.* Unde colligimus, *πατρῴᾳ* in suo exemplari invenisse antiquus interpres. Caeterum saepius ambae formae confunduntur. Conf. Pors. ad Eurip. Hec. 79. et Med. 431. Herm. ad Hec. p. 77. et 84. ad Bacchas p. 160. Seidl. De vers. dochm. p. 101.

v. 867. *ἐγενόμαν* septem MSS. optimae notae praebent, quapropter nolimus cum Pass. revocare *ἐγενόμην*.

v. 868. Ex multis libris, in quibus numeratur Mediceus, *προσφθόγγου* recepimus. Passive accipias adjecti-

jectivum, qui rarus usus causa erat corruptelae. Atque Schol. B. recte perspexit et explicavit locum: *τοῦτ' ἔστιν ὥσπερ τοὺς ἐξ ἀποδημίας ἰόντας προσφθέγγεσθαι δίκαιον, οὕτω καὶ ἐγὼ πρός σε πέμψω λόγους θρήνων καὶ κακῶν γέμοντας.* Quare ita vertas: „Reditus, cui par est acclamari, funestam vocem etc.“

v. 870. Blomfieldius „pene“ (paene) suspicatur legendum esse *κακομέθετον*. At *κακομέλετος* derivari debet a *μελετάω*, et significat: „mala meditans“. Aliter tamen vocem explicat Schol. B: *κακὸν καὶ ἄμουσον μέλος ἔχουσαν ὡς θρηνωδῆ καὶ ἀπευκτήν.*

v. 871. Schol. A. *Μαριανδυνοῦ θρηνητῆρος*] *Μαριανδυνοὶ αὐλοὶ ἐπιτηδείως ἔχοντες πρὸς θρήνους. Καλλίστρατος ἐν δευτέρῳ περὶ Ἡρακλείας Τιτυοῦ παῖδας εἶναί φησι δύο, Πριόλαν καὶ Μαριανδυνόν, ὃν κυνηγετοῦντα ἀπολέσθαι, καὶ μέχρι τοῦ νῦν Μαριανδυνοὺς ἐν ἀκμῇ θέρους θρηνεῖν αὐτόν. Τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι μάλιστα τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν, καὶ διδάξαι ταύτην Ὕαγνιν τὸν Μαρσύου πατέρα. Καὶ αὐλοὶ γάρ εἰσι Μαριανδυνοὶ ἐπιτηδειότατοι εἰς τὰς θρηνῳδίας. Ὅθεν καὶ τὸ περιφερόμενον· αὐλεῖ Μαριανδυνοῖς καλάμοις κρούων Ἰαστί.* Ad haec addamus, quae collegit Blomfieldius in Gloss. ad h. l. Scylax Peripl. p. 82. *μετὰ δὲ Παφλαγονίαν Μαριανδυνοί εἰσιν ἔθνος.* Dionys. Perieg. 787. *Παφλάγονες δ' ἐπὶ τοῖσιν ἐπ' ἠϊόνεσσι νέμονται, καὶ Μαριανδυνῶν ἱερὸν πέδον.* Conf. praeterea Eustath. ad Dionys. 791. Schol. Apollon. Rhod. II. 140. 725. De lamentationis origine in alia omnia abit Nymphis in primo de Heraclea libro ap. Athen. XIV. p. 619. F. qui tradit Mariandynos lugubri cantilena Borimum quendam invocare. Photius, *Μαριανδυνόν. θρηνητικόν, οὕτως Αἰσχύλος.*

v. 873. Porsonus et Blomfieldius *ἰακχὰν* dederunt, quo metrum jugulatur. De formis *ἰαχὴ* et *ἰακχὴ* earumque quantitate audias Hermannum ad Soph. Oed. R. v. 1219. disserentem.

v. 874. Ex Med. et Schol. B. *αἰανῆ* recte receperunt Blomfieldius et Lachmannus De chor. syst. p. 99. Altera lectio orta est ex glossemate, quo indicabatur, singularem non pluralem numerum hic esse intelligendum. Eo spectant, quae adspersit Schol. B. *αἰανῆ*] *σκοτεινήν, ἢ κατηφείας πλήρη, ἐπειδὴ ἡ λύπη σκότισμα ἐπάγει*

καὶ κατήφειαν, διὰ τοῦτο αἰανὴν εἶπεν· e quibus ineptum esset, si quis αἰανὴν pro v. l. enotaret. Cum vero non negemus, duas exstare huius adiectivi formas: αἰανὴς et αἰανός, non contra nos disputata sunt, quae contra Blomfieldium disputavit Hermannus ad Soph. Aj. 657.

καὶ jam alii expunxerunt. Conf. quae dicenda sunt ad v. 893. — Hic et v. 877. accuratioris responsionis gratia cum Blomfieldio in notis, Lachmanno et Car. Schneidero ap. Pass. πάνδυρτον, quae forma est poetica, correximus. Versu 546. libri omnes ὀδυρόμενοι praebent, at δυρόμενοι Aeschylum scripsisse metrum evincit. Nihil omnino frequentius quam harum formarum confusio. Conf. Elmsleium ad Eurip. Med. p. 100. 255. 256. ed. Lips. Erfurdt. ad Soph. Electr. 1073. et Oed. R. 1218. Pors. ad Eurip. Hec. 734. Pass. in Melet. p. 50.

v. 875. Schol. B. δαίμων] ἤγουν ἡ παροῦσα δυστυχία.

v. 876. μετάτροπος quod loco movit Brunckius, in jus suum restituimus. μετάτρεπτος et metrum jugulat, et exiguae est auctoritatis. Schol. B. μετάτροπος] ἐνάντιος· πρόσθεν γὰρ ηὐτύχουν, νῦν δὲ καταβέβλημαι. Calamitatis prius acceptae nunc iterum terribiliter rex recordatur.

v. 877. De πάνδυρτον vide notam ad v. 874.

v. 878. Responsionis gratia cum Passovio et Butlero λαοπαθῆ σέβων scripsimus. Altera Passovii atque Lachmanni correctio λαοπαθῆ σεβίζων inprimis propter metri inconcinnitatem improbanda est, quod sensisse videtur Passovii Censor in Ephem. Lips. l. c. Hermannus ad Hymnum in Apoll. v. 142. p. 14. 15. λαοπαθῆ βάρη de terra acceptis calamitatibus intelligit, accito Scholiaste MS. Guelf. qui fere ad verba consentit cum Schol. B. et cuius verba sunt: τὰ λαοπαθῆ καὶ ἀλίτυπα βάρη τῆς πόλεως, τουτέστι τὰ ἐν χέρσῳ καὶ θαλάττῃ τοῖς Πέρσαις συμβάντα. Sed magnopere veremur, ut de terra h. l. cogitaverit Aeschylus. Multa quidem terra perpessi sunt Persae v. 450 — 480. haec tamen ipsa ex clade marina oriebantur, ut recte dicatur Atossa v. 683:

ναυτικὸς στρατὸς κακωθεὶς πεζὸν ὤλεσε στρατόν.

Nusquam videmus senes infortunii, quod terra acciderit Persis, disertis verbis commemorare, imo omnes miserias cladi marinae adscribere: 242 — 245. 520. 521.

525 — 530. 534 — 537. 541 — 543. 559 — 561. 634. 635. 840. 883 — 887. 946. 960. Neque minus nuntius, et rex ipse Xerxes omnia mala ex mari repetunt, quam ob rem permirum esset, si hic τὰ βάρη τὰ ἐν χέρσῳ τοῖς Πέρσαις συμβάντα recordati essent senes. Porro λαοπαθῆ βάρη nihil aliud valere possunt, nisi calamitates, quas perpessus est populus, eaeque non possunt opponi τοῖς ἁλιτύποις βάρεσι, quoniam calamitates marinae eaedem sunt, quas expertus est populus. Itaque aut erravit Scholiastes, aut legit γαιοπαθῆ, id quod reposuit Botheus. In Hymno v. 142. leguntur:

ἄλλοτε δ' ἂν νήσους τε καὶ ἀνέρας ἠλάσκαζες.

Hermannus observat: „Caeterum quum conjungi ἤπειρος et νῆσοι soleant, nec caussa sit, quare solas insulas adiisse dicatur Apollo, ad Vigerum p. 718. sicut etiam Ilgenius fecit, ἀνέρας de terra continenti, ut apud Pindarum Ol. VI, 15. intelligendos censui, et adhuc censeo". At cum insulas non minus quam terram continentem incolant homines, νῆσοι et ἄνδρες opponi posse, vix crediderimus. Atqui quid obstat, quo minus solas insulas adierit Apollo? Si simplicem huius loci sensum tenes, nihil est, quod epicae poesi repugnet. Alia est res apud Pind. Ol. VI, 15.

οὔτε παρ' ἀνδράσιν οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις
τίμιαι·

naves positae sunt pro mari, mare autem non incolunt viri, quare iis hoc loco bene terra indicatur mari opposita, licet non videamus, cur continentem terram innuere debeant, quasi in insulis non invenirentur homines. Vix h. l. continentem intellectam vult Pindarus, quoniam Agesias, in cuius laudem hoc carmen cecinit poeta, Syracusanus erat. Quare non credimus Hermanno, ἄνδρας pro continenti terra poni licere, sed ἄνδρας usurpatos esse pro terra tantummodo, si quando ii mari opponerentur, ex iis quae diximus elucet. — Ut vero redeamus ad Aeschyli locum, malimus Aeschylum ἁλιπαθῆ scripsisse, cuius formationi non repugnat lingua Graeca. Nam pulcherrime sibi respondent:

κακοφάτιδα βοὰν
κακομέλετον ἰάν.
ἁλιπαθῆ σέβων
ἁλίτυπά τε βάρη.


ita ut etiam in initio versuum 869. et 878. breves syllabae occurrant, neque longa opposita sint brevi. Accedit quod harum litterarum figura *ΛΛΙΠΛΑΘΗ* et *ΛΑΟΠΛΑΘΗ* est simillima. Neque tamen in textu aliquid novarimus. Schol. B. *σεβίζων*] *διὰ θρήνου τιμῶν*.

v. 880. Post *γέννας* non recte interpunxit Blomfieldius. Construas *ἥσω πάνδυρτον* sc. *αὐδὰν* (v. 875.) *πενθητῆρος πόλεως γέννας*: „edam lamentabilem vocem deflentis de civitatis prole.“ *πόλεως γέννας* est obiectivus genitivus. Assentitur Schol. B. *πάγκλαυτον μέλος, ἤγουν ὡς πρώην εὐφήμουν σε, οὕτως νῦν πανόδυρτον μέλος πέμψω πενθητῆρος*.


v. 881. *κλάγξω* duce stropha duplicari debet. Eruditam Passovii notam cum lectoribus nostris communicemus: „*κλάγξω*, meum judicium sequutus, bis posui, quod verisimilius puto, quam in stropha cum *Blomfieldio* alterum *πέμψω* delere. Hae repetitiones, praecipue in eisdem antistrophicorum sedibus, plane ex more Tragicorum sunt, v. Str. et antistr. 3, 4. 12. 4, 3. 5, 4. 6, 1. 7, 2. 4. Saepissime vero excidunt, quum *integritas* sententiae nihil tale requirat. Geminationem non tam facile explices ex errore librarii. Praeterea versus e monometro anapaestico et Dochmio compositus unice congruit cum tota carminis natura metrica.“ — Erravit autem Passovius, cum *εὐρύδακρυν* contra leges metricas reciperet. Conf. Passovii Cens. l. c. p. 2117.

Stropha et antistropha secunda.

Systema prius.



Systema posterius.



⏑⏑–́––, ⏑⏑–́––
–́–––
⏓⏑́⏑⏑́⏑⏑–́

Ut accuratior exsisteret responsio v. 883 — 887. Xerxi, v. 888. Choro tribuimus. Confer Herm. Elem. doctr. metr. p. 735. Epit. doctr. metr. p. 272. Aliud autem egisse videtur Hermannus, cum in Elem. doctr. metr. p. 417. et in Epit. doctr. metr. p. 153. versum 883. in anapaesticis cycliis numeraret. Fugit eum vocis Ἰάνων mensura.

v. 883. 884. Utroque loco ex libris optimae notae Ἰάνων recepimus. Ex Ἰάνων ortum est Ἰαόνων nonnullorum MSS. lectio, unde iterum originem duxit vulgata. Conf. Passov. p. 51. Blomfieldii conjectura Ἰάων γὰρ ἀπηύρα elegantior quam utilior est. Alterum Ἰάνων vel Ἰώνων delerunt Blomfieldius et Lachmannus, jubente Hermanno De metris p. 428. Quo facto et metrum laeditur, et colores loci poetici tabescunt. Quae alii excogitarunt, nil moramur. — Blomfieldius: „Ἀπαύρω (sic!) *Fruor. Fructum reporto.* Pessime interpretes, *eripuit florem juventutis.* Locum sic verteris, *Mars noster navibus instructus* (i. e. *classis*) *aliis victoriam cedens, mala perpessus est ab Ionibus.* Simillimus est usus verbi ἀπαύρω ap. Hesiod. Op. 238. πολλάκι καὶ ξυμπᾶσα (ξύμπασα) πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα, uti rectissime edidit Gaisfordius in egregio illo Poetarum minorum corpore". Nihil probatur loco citato, quo antiqua lectio est ἐπαυρεῖ, quae, etsi suspecta est, tamen in ἀπηύρα nullo modo mutari potest. Porro quid est, quod tam acerbe interpellet interpretes Blomfieldius? Nonne saepius in Homericis occurrit ἀπαυρᾶν „eripere"? Schol. B. ἀπηύρα] ἀφείλετο ἡμᾶς, sed melius fortasse γένναν ex v. 880. repetis. — Blomfieldius: „Ναύφρακτος. *Navibus munitus.* Photius, Ναύφρακτον, τὴν Ἀττικὴν δύναμιν καλοῦσι. Eurip. Iph. A. 1259. ὁρᾶθ', ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε. In hoc loco de Persarum classe accipiendum patet ex v. 1029. τραπέντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον". At id nec ex loco citato patet, nec propter ἀπηύρα permissum est.

v. 885. Mars, qui ante pugnam Salaminiam Persis semper faverat, subito hostes adiuvit, maxima cum clade Persarum. Ea Martis inconstantia innuitur ad-

jectivo ἑτεραλκής, quod talem notat, qui aliis, quam quibus adhuc, robur et victoriam praebet. Quodsi recte videmus, ἑτεραλκὴς Ἄρης est ille Homericus ἀλλοπρόσαλλος, ad quem fortasse hoc loco alluditur. Hinc etiam est explicanda ἑτεραλκὴς νίκη „varia victoria, incertus pugnae exitus", quae formula passim apud Homerum et Herodotum offenditur. Egregia est nota Schol. Veneti ad Il. VII. 26: οὕτως ἡ νίκη λέγεται, ὅταν οἱ νικῶντες νικῶνται. ἢ ἀνάπαλιν ἐν ἄλλῳ τὴν τοῖς ἑτέροις ἀλκὴν καὶ δύναμιν παρέχουσα· ἢ ὅταν οἱ πρώην νικηθέντες νικήσωσι. Etenim quae potestas vulgo ei adiectivo tribuitur „ad discrimen redigens" divinata magis, quam approbata ex vocis compositione, vix defendi potest.

v. 886. De νυχίαν varia suspicatur Blomfieldius contemplatione non digna. Idem immerito offenditur medio verbi, quod bene habet. Totum locum vertamus: „Ionum enim eripuit, Ionum navibus instructus Mars inconstans, caliginosam planitiem cum sibi demeteret, infaustumque littus". — ἀκτὰν ad Salamina et Psyttaleam referas.

v. 888. ἐκπεύθου passive accipiendum: „permitte, ut ex te quaeratur, velis interrogari".

v. 889. Quod recepit Schuetzius ποῦ δέ σοι φίλων ὄχλος, et exigua est auctoritate, et metrum misere vexat. Scholiastae metrici judicio nihil est insulsius.

v. 893. In MS. 2787. ap. Faehs. qui est B. Par. καὶ deest, quod depulimus. Pluries luxuriatur haec fabulae nostrae pars particulis καὶ et τέ. Conf. variet. lect. ad v. 874. 878. 892. 894. 902. 920. 932bis. 984.

Ἀγδαβάτας non esse nomen proprium, ex v. 857. elucet. Ea lectio, quae stare nullo modo potest, exiguae etiam est auctoritatis: B. ap. Faehs. Cant. 1. Rob. In Aldina legitur αἰγαβάτας, ceteri libri aut conspirant aut conspirare dicuntur cum Stanleio Ἀγαβάτας prodente. Id recepimus.

v. 895. προλιπὼν legendum esse evincitur e v. 16. seq.

οἴτε τὸ Σούσων, ἠδ' Ἀγβατάνων
καὶ τὸ παλαιὸν Κίσσινον ἕρκος
προλιπόντες ἔβαν·

Cf. Blomfieldium, qui eius usus sat multa exempla congessit.

v. 899. *Σαλαμινιάσι* vera est Hermanni emendatio. — Undique commendatur lectio a Passovio restituta: *στυφελοῦ θείνοντας ἐπ' ἀκτᾶς*. De vocum repetitione diximus ad v. 222.

v. 901. *ὅπου* scripsimus, quod cum metro flagitatur, tum facillime in *ποῦ* delapsum est. Nunc syllaba syllabae, et verbum verbo elegantissime respondet:

οἶ οἶ οἶ βόα καὶ πάντ' ἐκπεύθου·
οἶ οἶ οἶ ὅπου δὲ σοὶ Φαρνοῦχος·

Quod voluerunt critici nonnulli quater *οἶ* scribere, minus bene defendi posse nobis videtur.

v. 902. Ortum est *καριόμαρδος* ex *καὶ Ἀριόμαρδος*. Conf. notam ad v. 893. et Censorem Melet. in Ephem. Lips. 1818. mense Octobr. p. 2118. Quod Lachmannus et Botheus substituerunt *τ' Ἀριόμαρδος* nova est depravatio.


v. 904. Schol. B. *εὐπάτωρ*] *εὐγενής*.

v. 906. Hic obtinent doricae formae, quare lectio *Μασίστρης* repudianda est. Plane alia res est v. 31.


v. 908. Quod libri plurimi praebent *ἐπανέρομαι*, nihil esse, recte monuerunt Blomfield. (qui tamen alius est in notis, alius in Addendis ad Gloss.) et Meletem. Pass. Censor. l. c.

Stropha et antistropha tertia.

Systema prius.



Systema posterius.



⏒ –́ ⏖́ – ⏓
⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑
– –́ –́ ⏒ –́
⏓ –́ ⏑ – ⏓   ⏑ ⏑́⏑ ⏑́⏑ ⏑ –́

Stropham et antistropham in bina dispescimus systemata. Prius incipit iambico versu, procedit et adaugetur in anapaesticum numerum, qui mox cum antispastico alternatur. In posteriore dochmiaci versus cum antispasticis confunduntur, cognato versuum genere, neque ab re est, dochmiis iambos, spondeos, dactylos, molossos et integros monometros iambicos praemitti. Monendum denique est, solutiones longarum et contractiones brevium syllabarum hoc loco esse aptissimas.

In loco nostro recensendo erant sane nonnulla ex coniectura restituenda, plurima tamen ex libris bonae notae reducenda. Quae ex coniectura aut nostra aut aliorum textui intulimus, ita sunt accommodata, ut ea pro lenissimis mutationibus quemque habiturum esse, confidenter speremus. Sed operae non pretium esset, si tentamina et experimenta criticorum singula examinaremus et refutaremus. In eo potissimum peccarunt priores, quod emendationes nimis audaces inferre ausi sunt, et metra commenti sunt saepissime inaudita et plane nulla. Sed hic ut alias omnis recensio ex libris MSS. pendet, neque ab iis recedendum est, nisi lenissima ratione et gravissimis de causis.

Iusta et artificiosa personarum distributio postulavit, ut v. 921. 934 — 936 Choro tribueremus. Id jam perspexit Passovius.

v. 909. Alterum μοί, quod metro flagitante delevimus, non agnoscunt Lips. 2. et Schol. C. In exclamationibus, quae ad sensum nil valent, facillime errarunt librarii veteres.

v. 910. Reiecimus articulum τὰς metro jubente. In huius loci maxime sublimi oratione, quae a prosaica longissime remota est, articulo supersedemus, quem jejuni critici, spiritus poetici haud capaces, interleverunt. Conf. v. 928 — 933. ubi ex prosae orationis legibus saepius adhibendus erat articulus. Sed multi similes loci sunt obvii. Qui vero τὰς vel ἐπὶ ante στυγνὰς in-

seruerunt, poetae male consuluisse videntur. Hic tamen observes, quam facile intrudatur articulus.

v. 911. Schol. B. *πιτύλῳ*] *κτύπῳ*, *πτώσει*.

v. 912. Interiectiones leni spiritu notandas esse effecit Passovius in Meletem. p. 54: „Editiones recentiores asperant interiectionem, quam Aldus quoque asperatam habet Prom. 583. 603. 748. sed idem praeter hunc locum spiritum leniorem praetulit in Prom. 608. Sept. adv. Theb. 150. 154. 157. 339. 341. Choeph. 866. 1006. Huic favet etiam Etym. Magn. v. *ἔλεγος*, *παρὰ τὸ ἒ ἒ λέγειν*. p. 326, 49. cum aliis Grammaticis a Jo. Val. Franckio in Callino p, 42. laudatis".

Aliter hunc versum et scripsit et mensus est Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 236. et in Epit. doctr. metr. p. 90.

⏓ ⏓́⏓ ⏓́⏓ ⏓ || –́ ◡ – ⏓

τλάμονες ἀσπαίρουσι χέρσῳ.

addit: „Antistrophicus, qui corruptus est, tamen ex iis videtur syllabis factus fuisse". Is igitur emendandus esset:

βοᾷ μελέων ἔνδον (aut *ἔνδοθ᾽*) *ἦτορ.*

quomodo videmus criticos nonnullos versui succurrisse. At quoniam omnes libri in vulgata conspirant, sana ea esse videtur. Quidni voluit Hermannus strophico in versu *ἀσπαίρουσιν* scribere, quae lenior est mutatio, et, quod nunc scimus, codice Ox. commendata?

Explicuit huius loci sensum Schol. A: *φεῦ φεῦ. Τὰς Ἀθήνας στυγνότητος καὶ λύπης αἰτίας ἡμῖν γενομένας κατιδόντες οἱ Πέρσαι πάντες οἱ τλήμονες ἀπαίρουσι καὶ ὑποχωροῦσι καὶ θνήσκουσιν ἐνὶ πιτύλῳ, ἤγουν τῷ θορύβῳ τῆς μάχης καὶ τῇ κραυγῇ.*

v. 914. Ex plurimis et optimis monumentis postliminio rediit *τὸν σὸν πιστὸν πάντ᾽ ὀφθαλμόν*. De *πιστὸν* confer notam ad v. 2. De regis oculis uberrime disputavit Stanleius, cuius notam recipiamus integram: „Mallem uno verbo *παντόφθαλμον*. ita dictum, utpote cuius ope *πάντα* (ut loquitur Suidas, in V. *Ὀφθαλμὸς βασιλέως*) *ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπει*. *omnia* (inquit Apuleius de mundo) *quae ubique gererentur discebat.* Etenim Persarum Reges ministros quosdam habuere, qui *ὀφθαλμοὶ βασιλέως*, Imperatoris oculi (reddente Apuleio) diceban-

tur, a munere vel officio; quicquid enim in toto Regno ageretur, eorum erat ad Regem deferre. Hesychius, *Βασιλέως ὀφθαλμός· ἐπέμπετό τις ὑπὸ βασιλέως ἐπίσκοπος, ὃς ἐφεωρᾶτο τὰ πράγματα, ὃν τοῦ βασιλέως ὀφθαλμὸν ἐκάλουν.* Aristides Orat. Panegyr. Cyzicena, *Ὁ μὲν γὰρ τῶν Περσῶν βασιλεὺς ἐδόκει τι διάφορον κεκτῆσθαι τὸν καλούμενον βασιλέως ὀφθαλμόν.* Dio Chrysostomus Orat. 3: de Regno, *Ὁ μὲν Πέρσης ἕνα τινὰ ἔσχεν, ὀφθαλμὸν βασιλέως λεγόμενον, καὶ τοῦτον οὐ σπουδαῖον ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων· ἀγνοῶν ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ βασιλέως οἱ φίλοι πάντες εἰσὶν ὀφθαλμοί.* Quibus tamen verbis bis peccatum est: neque enim uni tantum, nec alicui e vulgaribus deferebatur hoc officium. Duos fuisse asserit Scholiastes noster isto munere functos: at Xenophon plures, imo multos; postquam enim refellerat, qui unicum existimarunt, Cyri paed. lib. 8. (2. 10.) *εἰ δέ τις οἴεται ἕνα αἱρετὸν εἶναι ὀφθαλμὸν βασιλεῖ, οὐκ ὀρθῶς οἴεται· ὀλίγα γὰρ εἷς ἂν ἴδοι καὶ εἷς ἀκούσειε·* mox subjicit, *οὕτω δὲ πολλὰ μὲν βασιλέως ὦτα, πολλοὶ δὲ ὀφθαλμοὶ νομίζοντο· καὶ φοβοῦνται πανταχῇ λέγειν τὰ μὴ σύμφορα βασιλεῖ, ὥσπερ αὐτοῦ ἀκούοντος, καὶ ποιεῖν ἃ μὴ σύμφορα, ὥσπερ αὐτοῦ παρόντος.* Ita et Lucianus, De mercede conduct. *ὦτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί, οὐ μόνον τἀληθῆ ὁρῶντες, ἀλλ᾽ ἀεί τι προσεπιμετροῦντες, ὡς μὴ νυστάζειν δοκοῖεν.* Aristoteles Politic. lib. 3. (Scholiastae Aristophanis in Acharn. laudatus) *ἐπεὶ καὶ νῦν ὀφθαλμοὺς πολλοὺς οἱ Μόναρχοι ποιοῦσιν αὐτῶν.* Quod etiam ait, viros hoc officio functos graves non fuisse, sed vulgares, rursum falsus est Dio. Alpistum Xerxis *ὀφθαλμὸν πιστὸν* vocat Aeschylus noster, non otioso epitheto: hoc enim titulo insigniti erant proceres Persici, quod vel ex hac fabula plus semel discendum est. Adhaec videntur *πιστοὶ* apud Persas Eunuchi quidam, Regi propter fidem summo in pretio: Etenim *παρὰ τοῖσι βαρβάροισι* (inquit Herodotus lib. 8.) *τιμιώτεροί εἰσιν οἱ Εὐνοῦχοι πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης τῶν ἐνορχέων.* Quod vero tales fuerint *ὀφθαλμοὶ βασιλέως* ab Heliodoro diserte proditum est, Aethiopic. lib. 8. *Περσῶν γὰρ βασιλείας αὐλαῖς ὀφθαλμοὶ καὶ ἀκοαί, τὸ εὐνούχων γένος. οὐ παίδων, οὐ συγγενείας τὸ πιστὸν τῆς εὐνοίας μεταισπώσης, ἀλλὰ μόνου τοῦ πιστεύσαντος ἀναρτώσης.* Enimvero Regis oculi inter Satrapas regni Persici numerantur. Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn.

Καὶ νῦν ἄγοντες ἥκομεν ψευδαρτάβαν
Τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν· —

οὕτω ἐκάλουν (inquit) τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκόπει. quem exscriptum more suo tradit Suidas, in Ὀφθαλμὸς βασιλέως. Sic et Philostratus de vita Apollonii lib. 1. Σατράπης δὲ τῇ φρουρᾷ ταύτῃ ἐπέτακτο, βασιλέως τις οἶμαι ὀφθαλμός". Schuetzius Xenophontem existimat non ad historiae veritatem disputare videri, quae sententia locis scriptorum a Stanleio communicatis redarguitur.

v. 915. μυρία μυρία πεμπαστὰν vertit Schuetzius: „multa millia, quorum imperator erat numerantem". Debebat potius vertere „secundum myriadas numerantem", nam μυρία μυρία est κατὰ μυριάδας. Rectius hoc ex Orientis lingua explicassent interpretes, quam quae ad v. 636. et 953. attigimus. Sic loquitur Divus Marcus in Evang. 6, 40. ἀνέπεσον πρασιαὶ πρασιαί, i. e. κατὰ πρασιάς. Conf. LXX. interpretes in Gen. VII. 5. et 9. ubi ad instar Hebraismi dicitur ἑπτὰ ἑπτά, et δύο δύο, i. e. septeni, bini. Vide Gesenii systema gramm. hebr. §. 173, 1. b. pag. 669. et §. 182, 3. p. 703. Herodoto autem teste VII, 60. recensio copiarum Persicarum κατὰ μυριάδας fiebat. Scholiastae nihil utile ad h. l. dixerunt.

v. 916. Plerique quidem libri Βατανώχου praebere videntur, sed quoniam h. l. dochmiacum putamus, non anapaesticum, versum occurrere, praetulimus Βατανόχου lectionem, idonea auctoritate gaudentem: MS. C. Tzetz. Ald. Rob. Turn. Proxime absunt, quae praebent G. Βατανούχου, et Guelf. Βατανάχου. Eae varietates facilius ex lectione a nobis recepta quam ex vulgata ortae esse videntur. De nominibus propriis lubricum semper manet judicium, nisi metro indicatur quid eligendum.

v. 918. Licet nonnulli boni libri Μεγαβάτα exhibeant, metro tamen evincitur, alteram lectionem, ex MSS. A. Ox. aliis, et edd. Turn. Vict. Stanl. depromptam, esse anteferendam. Accedit, quod notum est, librarios lubenter ad vulgarium vocum normam corrupisse nomina propria. Cuius rei cum multa obvia sunt exempla, tum praeclarum offenditur v. 919. οἰνοβάρην.

Patrem, avum et proavum Alpisti hic nominari,

nonnulli critici nimium esse censuerunt. At vide Soph. Oed. R. 267:

τῷ Λαβδακείῳ παιδί, Πολυδώρου τε, καὶ
τοῦ πρόσθε Κάδμου, τοῦ πάλαι τ' Ἀγήνορος·

Etiam in talibus Homerum imitati sunt poetae tragici. Caeterum observandum erat ad v. praecedentem, non solum persona, sed etiam nomine differre Σησάμην et v. 290. Σεισάμην.

v. 921. ὢ ὢ δαΐων „Heu miseros!" Pendet genitivus ab exclamatione. Cf. notam ad v. 861. Schol. A. ὢ δαΐων] διακοπτικῶν πολεμίων κακῶν. et Schol. B. δαΐων] ἕνεκα τῶν πολεμικωτάτων τούτων ἀνδρῶν. Non tamen opus est, ut δάϊος et δαΐφρων commutatum esse a poeta credamus.

v. 922. Schuetzius et Hermannus De metris p. 429. hunc versum spurium esse judicarunt, qua in re sine dubio erravit uterque. — Schol. B. πρόκακα] δι' ὅλου κακά.

v. 923. ἴυγγα et metro et sensu defenditur; Schuetzii autem coniecturam, quam Blomfieldius et Lachmannus amplexi sunt, habemus depravationem. Notat ἴυγξ „desiderium vehemens".

v. 925. Coniecit Hermannus De metris p. 429. κακὰ πρόκακα, quod nec metro nec sensui congruit. Nam voces ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα respiciunt ad eas, quas paulo ante Chorus pronuntiavit: κακὰ πρόκακα, quarum gradationem exprimunt. Dicere vult Xerxes: si ego κακὰ πρόκακα profero, tu non κακὰ tantum πρόκακα pronuntias, sed potius ἄλαστα στυγνὰ πρόκακα effundis. Itaque illud κακὰ oppositum est quodammodo hisce ἄλαστα στυγνά, quapropter non videmus, quo jure in Xerxis responsione repeti possit.

v. 926. Schol. A. βοᾷ βοᾷ μελέων] παρὰ τὸ (Odyss. XX. 13.)

κραδίη δέ οἱ ἐντὸς ὑλάκτει.

Videant lectores, quam saepe Aeschylus Homeri vestigia legerit. Ad comparationem vocari possunt ex fabula nostra. v. 10 — 13.

κακόμαντις ἄγαν ὀρσοπολεῖται
θυμὸς ἔσωθεν,

πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
οἴχωκε, νέον δ' ἄνδρα βαΰζει.

Viri docti varie tentarunt ἔνδοθεν quo nihil sanius est. Vitium lenissimum in strophico residet versu. Conf. notam ad v. 912.

v. 927. ἄλλον γε ex Blomfieldii coniectura recepimus.

v. 928. μυριοντάρχαν Brunckio debetur, cui redonetur. Conf. notam ad v. 523. Opinatur Blomfieldius μυριόνταρχον metro repugnare, quod non verum est. Adhibeas synizesin. De criticorum coniecturis vide variet. lect.

v. 929. Ξάνθον ex Rob. metri gratia resumsimus.

v. 930. Δίαιξίν τ' bacchici mensuram obtinet. Conf. versum strophicum.

v. 931. Schuetz. male ἱππιανάκτας.

v. 932. καὶ recidimus metro jubente. Conf. notam ad v. 893. — Ἀνθίμναν et libri plurimi exhibent, et metrum commendat. — τ' post Τόλμον reiecimus libris plurimis obsequuti, poetica scilicet oratio supersedet copula.

v. 934. Quod in libris antiquis omnibus, si recte conjicimus, legitur: ἔταφον ἔταφον, neque alii neque nos cum sequenti ἑπόμενοι conciliare possumus, ita ut sanum esse locum non credamus. Non minus lenis quam ingeniosa est Valckenaerii ad Eurip. Hippol. 1247. conjectura, cuius patrocinium in se recepit Blomfieldius. Docta est eius viri nota, ex qua, quae huc pertinent, excerpamus: „ἔταφεν, Aeolice pro ἐτάφησαν, Valckenaer. ad Eurip. Hippol. 1247. ubi vid. Monk. (1242). Xerxes, quum pernice fuga salutem petiisset, vix dicere potuit, se amicos suos sepeliisse. Alter Scholiasta in suo exemplari repererat ἔταφεν. (Sane, leguntur enim in Schol. A. ὡς ἀσχημόνως δὲ ἐτάφησαν) ἔταφεν pro ἐτάφησαν non magis Aeolice quam Dorice dictum est. Inscriptio vetustissimae cuiusdam galeae penes virum eruditum R. P. Knight, sic incipit, ΤΑΡΓΕΙΟΙΑΝΕΘΕΝ i. e. ἀνέθεσαν. Schol. Theocrit. VII. 60. Ἐφίλαθεν. ἐφιλήθησαν, ἢ φιλοῦνται. ἔστι δὲ Αἰολικόν, (id fortasse est error calami Blomfieldiani, nam in Schol. ad Theocr.

MS. Vatic. 4. legitur *Δωρικόν*. Vide Gaisford. poetarum min. T. V. p. 137. ed. Lips.) *ὡς καὶ τὸ ἐκόσμηθεν. Καλλίμαχος δὲ τοῦτο παροξύνει*". Atque in contractis et syncopatis formis accentus non retractus esse videtur: *συρίσδες* Theocr. Idyll. I, 3. *ἀμέλγες* Ibid. IV, 3. *λαμβάνεν, ἀμέλγεν, ἁρμόσεν, ἰδέν, λαβέν, ἀγαγέν, τυπτέμεν* etc. Conf. Buttm. Gramm. gr. ampl. I. p. 465. Unde sequitur scribendum esse *ἐτάφεν, ἀνέθεν, ἐφιλᾶθεν, ἐτύπεν, ἐτύφθεν* et alia eiusmodi. Doricae formae quam saepe apud tragicos inveniantur, satis notum. Sed Aeolicae etiam formae passim apud Aeschylum occurrunt. v. 504. *γνοφερῷ* recepimus. Hermannus *ἐτάφεν* approbavit olim, De metr. p. 429. quod tamen respuit Censor Passovii l. c. p. 2118. de hoc loco multa et praeclara minans. Quae veremur, ne ingeniosiora quam veriora futura sint.

v. 935. *ἀμφὶ σκηναῖς* recte explicat Schol. A. *ἐν σκηναῖς*. Cuius usus exempla praebet Homerus in Il. III, 362. IV, 493. XVIII, 344. Quomodo caetera illustrat Schol. A. nescimus annon recte: *ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Πέρσαις σκηνὰς τῶν ἁμαξῶν ἄνωθεν ποιουμένους ἐπιφέρειν ἐκεῖσε τοὺς νεκροὺς καὶ οὕτως αὐτοὺς προπομπεύοντες ἔθαπτον.* Sensus est: „mortui illi non sequuti sunt in tabernaculis curribus vectis". Hoc autem vult Chorus, illorum ducum corpora non curribus vecta exercitum retrocedentem sequuta esse, ut in patrio solo sepelirentur, sed in hostili terra esse relicta.

v. 936. Negotium facessivit viris doctis hic locus, qui in libris vett. *ὄπισθεν δ' ἑπόμενοι* scriptus esse dicitur. Sed *δ'* metro et sensui molestum non agnoscit Schol. A. quare non dubitavimus, quin id rejiceremus. Porro *ὄπισθεν*, qua ratione conciliari possit versui strophico, a Blomfieldio discere velimus. Dedimus formam poeticam *ὄπιθεν*, unde facillimo lapsu orta est omnium librorum lectio, nisi forte male h. l. inspecti sunt libri, quod cum *σθ* et *θ*, *σχ* et *χ* et eiusmodi acerrima tantum oculorum acie discernantur, vero haud absimile est. Efficitur ea recepta accuratissima versus strophici responsio. Ab *ἑπόμενοι* omnis mutatio est defendenda.

Stropha et antistropha quarta.

◡ –́ ◡ –́ –́ ◡ –́ ◡ –́ ◡ –

◡ –́ ◡ –́ –́ ◡ –́

⏑ –́ ⏑ –   ⏑ –́ ⏑ –
⏑ –́   ⏑ –́ –́ ⏑ ⏓́
⏓ –́   ⏑ –́ –́ ⏑ –́
⏓ ⏑⏑́ ⏓́⏓ –   ⏑ –́ ⏑ – –

Hermannus in Elem. doctr. metr. p. 231. seq. et in Epit. doctr. metr. p. 88. docuit, et antispasto copulari iambos ischiorrhogicos, et frequentissimas esse apud tragicos versuum formas ex iambis istis sine antispasto compositas. Utraque regula nos non magnopere delectari ingenue fatemur. Eos certe versus, quos pro exemplis protulit Hermannus, aliter metiamur. Aesch. Suppl. 388.

μένει τοι Ζηνὸς ἱκταίου κότος.

Non videmus, cur diphthongus in ἱκταίου non sit corripienda ad exemplar vocum πατρῷος, οἷος, γεραιὸς et similium. Atque id unicum exemplum est, ex quo quis ischiorrhogicos iambos antispasto adhaerere colligere posset. Nam quae alia in Epit. doctr. metr. p. 88. 89. exstant exempla: Aesch. Theb. 113. 116. 123. 128. 341. 353.

Ἀργεῖοι δὲ πόλισμα Κάδμου.
κινύρονται φόνον χαλινοί.
ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ Ποσειδᾶν.
καὶ Κύπρις, ἅτε γένους προμάτωρ.
τίν᾽ ἐκ τῶνδ᾽ εἰκάσαι λόγος πάρα.
παγκλαύτων ἀλγέων ἐπίῤῥοθον.

omnia ista puros praebent iambos antispastis adiunctos. De v. 251. 257. nostrae fabulae vide schema a nobis propositum. Transeamus ad formas ex iambis ischiorrhogicis sine antispastis compositas. Unicum talis formae exemplum praeberet v. 943. fabulae nostrae:

πεπλήγμεθ᾽, οἷαι δι᾽ αἰῶνος τύχαι.

nisi melius is versus ita legeretur, ut ex iambis puris, quibus dochmius insertus est, constaret. Quandoquidem inter omnes constat, antispastos et dochmios cum antecedere tum subsequi posse iambicum numerum, quid caussae est, quin interdum antispastum vel dochmium simul et antecedat, et subsequatur iambicus numerus? Cui rei si concedas, nihil inesse, quod vituperatione dignum sit, non negabis, qui sequuntur versus, aliter quam placeat Hermanno, legantur necesse esse. Aesch. Suppl. 531. 538. 786. 794. Agam. 201. 214. 230. 255. 418. Pers. 950. 960. Eurip. Alc. 270.

ἄλευσον ἀνδρῶν ὕβριν εὖ στυγήσας.
γενοῦ πολυμνήστωρ, ἐφάπτορ Ἰοῦς.
κόνις † ἄτερθε πτερύγων ὀλοίμαν.
πρόπαρ θανούσας δ' Ἀίδας ἀνάσσοι.
τρίβῳ, κατέξαινον ἄνθος Ἄργεος.
ῥείθροις πατρῴους γέρας, βωμοῦ πέλας.
γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγάν.
τέχναι δὲ Κάλχαντος οὐκ ἄκραντοι.
ἰώ, ἰὼ δῶμα, δῶμα καὶ πρόμοι.
τί δ' οὐκ; ὄλωλεν μεγάλως τὰ Περσᾶν.
τράπεντα ναύφρακτον ἐρεῖς ὅμιλον.
σκοτία δ' ἐπ' ὄσσοισι νὺξ ἐφέρπει.

Versuum 1. 2. 3. 4. 7. 10. 11. haec est mensura:

⏑ –́ ⏑ –́ –́ ⏓ ⏑ –́ ⏑ – –

Dochmium praebent caeteri:

⏓ –́ ⏑ –́ –́ ⏑ –́ ⏓ –́ ⏑ ⏒
⏑ –́ ⏑ –́ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ –

Ex Suppl. v. 786. corruptus sane est, nec tamen ita, quin ad comparationem trahi possit. In Agam. 214. ῥείθροις cum Triclinio et aliis praetulimus; lenissima ea est emendatio vulgati ῥεέθροις. Dicit quidem Hermannus: „si disyllaba voce uti voluisset poeta, in promptu habuisset ῥοαῖς“, difficile tamen est intellectu, cur voci ῥεῖθρον praeferre debuisset ῥοή. Debebant haec adspergi, ne quis nos accuset negligentiae cuiusdam, ex qua Viri summi placita non penitus perpendissemus.

v. 937. Xerxi tribuimus versum. Passov. acute in Melet. p. 56: „Personas per hanc stropham et antistropham male disposuerunt editores. Viam monstrant vocabula βεβᾶσι et πεπλήγμεθα, sibi eleganter respondentia, ita ut de justa ratione ambigi nequeat“. — γάρ h. l. affirmativum est. Postquam enim dixerat chorus: „Non igitur in patriam adducti sunt ad sepulturam“, suggerit Xerxes: „Ita est, nam periere summi exercitus duces“. — ἀκρόται exstat in Rob. et Schol. A. qui dubius haeret, utrum ἀκρόται an ἀγρόται praeferat. Sed ἀκρότης cum nusquam offendatur, exiguaeque sit auctoritatis, habeas corruptionem. ἀγρότης h. l. non descendit ab ἀγρός, sed ab ἄγω, ἀγέρω, ἀγρόμενος, ut sit proprie „qui colligit exercitum“, i. e. „dux“. Novas potestates, quae tamen analogiae non repugnant, addi consuetis vo-

vocibus, non adversatur huic loco. Toupii coniectura *ἀγρέται* nec necessaria, nec satis stabilita est. — *τοίπερ* Passovii coniecturam Lachmanno et Melet. Censori probatam, metro suadente, adoptavimus.

v. 938. Hunc versum Choro continuavimus. Ex multis libris *οἳ* semel tantum, quod flagitabat metrum, posuimus. Schol. A. *οἳ νώνυμοι] τὸ οἳ θρηνητικῶς.*

v. 939. Interiectionibus luxuriant libri multi. Emendationis viam aperuit antistrophicus versus.

v. 940. *δαίμονες* ex plurimis et optimis MSS. revocari, metrum iussit.

v. 941. *ἔθεσθ'* est ingeniosa coniectura Car. Schneideri, qua metrum bene restituitur.

v. 942. Vocis *οἷον* prima facile corripitur. Schol. A. *οἷον δέδορκεν Ἄτα] οἷον κακὸν ἡ Ἄτη ἐφορᾷ.*

v. 943. Ex librorum consensu *δι' αἰῶνος* retinuimus. Post *πεπλήγμεθ'* autem interpunximus: „Perculsi sumus! Qualia post longum tempus infortunia!" Cf. Eumen. v. 553. *δι' ὀλίγης παρασκευῆς* habet Thuc. IV, 8. Usitatius erat *διὰ χρόνου.*

v. 948. Mediceo debetur vera lectio: *δὴ γένος τὸ Περσᾶν.* Dorica forma tum totius loci natura, tum voce *ναυβατᾶν*, tum codicis auctoritate approbatur. Schol. A. *δυσπόλεμον] δυσπόλεμον ἄρα καὶ κακοτυχὲς καὶ ἄθλιον τὸ γένος τῶν Περσῶν. Ἄλλως. Δυσπόλεμον κακωθὲν πολέμῳ καὶ δυστυχῆσαν.*

Stropha et antistropha quinta.

Systema prius.

⏑–́ ⏑–́–́⏑–́ –́⏑–⏑ –́– vel ⏑–́⏑–– ⏑–́–́⏑–́⏑––
⏑–́ ⏑–́–́⏑ ⏑–́⏑––
⏑–́ ⏑–́–́⏑ ⏑–́⏑– ⏑–́
⏑–́⏑–

Systema posterius.

–́⏑⏑–́⏑–́⏑⏓
⏑́⏑⏑⏑–́⏑–́⏑–
.. .. –́⏑⏑–́–
.. .. –́⏑⏑–́–
.. .. –́⏑⏑–́–
⏑–́–́– ⏑–́⏑–

De primi versus mensura ambigi potest, aliam suadet strophicus versus, aliam antistrophicus. Optionem dedimus lectori.

v. 949. Blomfieldius, interrogationis signo in versus finem transposito, vertit: „quis neget me perculsum esse tanto exercitu, i. e. quod attinet ad exercitus jacturam“, unde exsistit sensus, qui male ad praecedentia quadrat. Nos quidem interpretamur: „Quis neget? i. e. Verum est quod dicis, bello fractum esse genus Persarum, namque perculsus sum tanto exercitu perdito“. Minus bene locum percepit Schol. A: *πῶς δὲ οὐχὶ κόπτομαι καὶ πέπληγμαι καὶ θρηνῶ, τοσοῦτον στρατὸν ὀλέσας;*

v. 950. Inutilem Schuetzii coniecturam *τί δ' οὖν;* relegavimus. *τί δ'; οὐκ* primus scripsit Stanleius. Interrogationis signum non produnt editiones veteres. Schol. A. de interrogatione dubius haeret. Ne statim in anacrusi vox consistere cogatur, qua re metrum turbatur, legimus cum Passovio et Lachmanno: *τί δ' οὔκ; ὄλωλεν κ. τ. λ.* interrogationis signo in fine versus deleto. Hermanni coniecturam in duobus MSS. repertam *μεγάλως* in ordinem redegimus, neque minus Blomfieldii coniecturam *Περσᾶν* recepimus. Vix crediderimus chorum brevissimo spatio formas sine causa commutasse. Conf. v. 948. Forsitan libri hic negligenter inspecti sunt.

v. 951. Schol. A. *ὁρᾷς τὸ λοιπόν*] *ἤγουν θεωρεῖς τὸ ἐπίλοιπον λείψανον τοῦ ἐμοῦ στόλου, ἤγουν τῆς ἐμῆς στρατείας, ἤτοι τὴν φαρέτραν τὴν ἀπολειφθεῖσαν ἀπὸ τῶν ἐμῶν ὅπλων.*

v. 953. *τάνδε* recipiendum esse, perspexit jam Lachmannus. Substantive dixit poeta *ἡ ὀϊστοδέγμων* pro *ἡ φαρέτρα.* Quare post *ὀϊστοδέγμονα* signa interruptae orationis non sunt ponenda. Similiter supra *ἡ ἀνθεμουργός*, et *ἡ ἀμίαντος* dixerat Aeschylus, quanquam nolimus Hermanno De versib. spur. ap. Aesch. p. XI. credere, haec ad Orientis exemplum esse conformata. Vide notam ad v. 636. Poterat enim Aeschylus proprio ingenio hanc dicendi rationem invenire, quae neque a graecae linguae indole abhorret. Quare iis quoque non assentimur, qui pro *τάνδε* ex coniectura reposuere *τόνδε*, ut pertineat ad *θησαυρόν.*

v. 954. *τί τόδε λέγεις σεσωσμένον* cum Victorio,

Stanleio et aliis Choro continuavimus. Sensus: „Quid hoc est, quod servatum esse dicis?“ Versus est Glyconeus alterius generis. De solutione vide Herm. Elem. doctr. metr. p. 546. Epit. doctr. metr. p. 193.

v. 955. Ex variis lectionibus codicum Med. B. Cant. 1. reformavimus *βελέεσσιν*, id quod coniectura jam assecutus est Hermannus.

v. 956. Schol. A: *ἤτοι τὰ ἔσωθεν ἐγκεκρυμμένα, ὀλίγα εἰσὶν ὡς ἀπὸ πολλῆς πανοπλίας. Καὶ εἶθ' οὕτως ἐπιφέρει τὸ ἑξῆς, ὀδυρόμενος καὶ λέγων, ὡς ἀπὸ πολλῶν ἐσπανίσμεθα βοηθειῶν.*

v. 957. Blomfieldius: „*σπανίζομαι. Destituor.* Vid. supra 495. (458). Activa vox eandem vim habet Choeph. 715. (712.) *οὐ σπανίζοντες φίλων*; Thucyd. IV. 6. *ἐσπάνιζον τροφῆς.* et sic saepius apud Euripidem. Sed similis usus in Orest. 1051. *ὁρᾷς δὲ δὴ φίλων ὡς ἐσπανίσμεθ'*“.

v. 958. Passovio adstipulamur *Ἰάνων* scribenti. Forma exquisita et elegans huic loco magis convenit, quam Hermanni emendatio *Ἰώνων*, atque occurrit ea etiam v. 883. 884. In fine versus ex omnibus editionibus, quibus non adversantur MSS. interrogationis signum revocavimus. Id agnoscit etiam Schol. A: *ὁ χορὸς ἐρωτηματικῶς φησὶ πρὸς τὸν Ξέρξην ὁ λαὸς τῶν Ἰαόνων καὶ τῶν Ἀθηναίων οὐ φυγαίχμας ἐστίν; οὐ φεύγων τὴν αἰχμήν; τοῦτ' ἔστι πτοούμενος τὸν πόλεμον. Ὁ δὲ Ξέρξης φησὶ πρὸς τὸν χορὸν ἀγανόριός ἐστιν ὁ λαὸς τῶν Ἰαόνων, ἤγουν θαυμαστὸς ὁρᾶσθαι καὶ ἐπιτήδειος εἰς ἀνδρείαν. Κατεῖδον δὲ βλάβην ἀνέλπιστον.*

v. 959. *ἀγανόρειος* et libris optimis et metro fulcitur.

v. 961. *ἀπέῤῥηξ'*. Brunckio debetur, *ἐπέῤῥηξ'* librorum omnium consensu gaudet. Schol. A. *τοῦ Ξέρξου εἰπόντος, ὅτι εἶδον πῆμα ἄελπτον, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ χορός, τὸν ναυτικὸν ἡμῶν λαὸν τὸν ἡττηθέντα παρὰ τῶν Ἰαόνων λέγεις παθεῖν πῆμα ἄελπτον; Ὁ δέ φησι πρὸς αὐτόν, ὅτι τοσοῦτον ἔδοξε τοῦτο χαλεπόν, ὥστε καὶ τὸν ἱματισμόν μου διέῤῥηξα ἐπὶ τῇ συμφορᾷ τούτου τοῦ κακοῦ. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἄγγελος προεῖπε.*

v. 962. In interiectionibus iterum offenditur sum-


ma librorum differentia. Metro evincitur adoptandum esse, quod praebeant A. Med. Rob.

v. 963. Metrum postulat *πλέον*, quod produnt MSS. quinque, editiones duae.

v. 966. Schol. B. annotat: *καὶ σθένος δ' ἐκολούσθη] τῶν Περσῶν.*

v. 968. *τ'* a Brunckio male interlitum recidimus, quod faciendum esse alii jam viderunt. Passovius p. 58: „Affirmat Chorus, quae dixerat Xerxes: nudus sane es satellitum, et marinis quidem amicorum cladibus". At *φίλων* non ab *ἄταισι* sed a *γυμνὸς* pendet. Sensus est: „Xerxes: Orbus sum comitum. Chorus: Amicorum, clade marina". i. e. comites erant iidem fidi viri, quare eorum jactura ingens est calamitas.

Stropha et antistropha sexta.



v. 969. Statuendum esse anapaestum in trimetro melico ad v. 526. demonstravimus. Parum elegans esset ea verborum pronuntiatio, secundum quam vocabulum statim iteratum diversam pateretur mensuram. Iniuria ergo hunc versum tentavit Hermannus, emendare studuerunt alii. Ne Schneiderus quidem De dial. p. 35. metrum intellexit. Anapaestus occurrit etiam v. 985. ad quem vide notam nostram.

v. 970. Butlerus et Passovius versum hunc et v. 978. inter se permutare voluerunt, quod etsi specie quadam se commendat, non tamen necessarium esse videtur.

v. 972. Sensus: „Donum malum malorum quod datur pro malis". Abreschius annotat: „Ceterum casuum hic notes eiusdem vocabuli coacervationem, quam elegantiam et alii affectant. Sophocl. Oed. Col. 1300.

(1237.) πρόπαντα κακὰ κακῶν συνοικεῖ. v. 1323. (1259.) γέρων γέροντι συγκατῴκηκεν πόνος. et Ajac. v. 690. (866.) πόνος πόνῳ πόνον φέρει". Addas Eurip. Hecub. 586. λύπη τις ἄλλη διάδοχος κακῶν κακοῖς. Alia exempla congessit Lobeck. ad Soph. Aj. p. 365. 366.

v. 974. ὀτοτοτοτοῖ hic et in antistrophico Stanleium sequuti scripsimus. Aliquot etiam codicum lectio cum Stanleiana consentire videtur.

v. 975. Versum hunc Choro continuavimus personarum accuratioris distributionis gratia. In antistropha sensus docet, v. 983. 984. uni personae esse adscribendos.

v. 976. οἴ, quod metro postulatur, optimis testimoniis non est destitutum.

v. 977. Schol. A. ἔρεσσ' ἔρεσσε] τύπτε σεαυτὸν εἰς ἐμὴν χάριν.

v. 979. Schol. A. βόα νῦν ἀντίδουπά μοι] ἤτοι ἐναντία τῇ ἐμῇ βοῇ, τοῦτ' ἔστι, φώνει μοι φωνὰς ἀντηχούσας ταῖς ἐμαῖς φωναῖς.


v. 980. μέλειν πάρεστι δέσποτα: „id vero mihi curae est, domine!" Sic recte explicat Abreschius collatis S. adv. Th. v. 272. Agam. 378. 577. Prom. 3.

v. 981. Schol. A. ἐπορθίαζε νῦν γόοις] ἐπεκτεταμένως θρήνει.

v. 983. Schuetzius: „*Atra vero* h. e. lugubris *et gemitu mista addetur plaga.* Haec nimirum dicentes frontem percutiunt". Schol. A. μέλαινα] πενθήρης.

v. 984. καὶ spurium esse constat, μοὶ jeiunum est et in versus initio male positum, quoniam ictus encliticam vocem repudiat. Quare cum Lachmanno οἴ scripsimus suadentibus sensu loci et stropha. Quod voluit Hermannus οἴμοι, metrum laedit.

Stropha et antistropha septima.



v. 985. *καὶ βόα* scribendum censent Herm. Elem. doctr. metr. p. 123. et Butlerus, quod ipsum Eustathium ad Dionys. Perieg. v. 791. habere dicit Blomfieldius. At ille nihil nisi *βόα τὸ Μύσιον* ex Aeschylo profert non adiecto *καί*. Porsonus in Add. ad Eurip. Hec. p. 80. *ἐπιβόα* proponit, quae coniectura nimis longe recedit a librorum scriptura. Burneius et Blomfieldius vulgatam ita tueri conantur, ut versui antispasticum numerum praebeant. Cuius generis hic antispasticus numerus sit, scire velimus. Passovius per synizesin versum legi iubet, sed desunt exempla eius synizeseos. Nos cum Lachmanno De chor. syst. p. 104. anapaestum in melico trimetro admittimus. Cf. notas ad v. 526. 969. A vulgata omnem emendationem defendimus, quamquam de ea videmus Meletematum Pass. Censorem in Ephem. Lips. 1818. m. Oct. p. 2118. graviter irascentem. Imo persuasum nobis habemus, Eustathium suum *βόα* non ex libro aliquo, sed ex memoria sua hausisse. — Schol. A. *κἀπιβόα τὸ Μύσιον*] *οἱ γὰρ Μυσοὶ καὶ οἱ Φρύγες μάλιστα εἰσὶ θρηνητικοί*. Eustath. l. c. *θρηνητικοὶ δὲ καὶ οἱ Κᾶρες, ἀφ᾽ ὧν καὶ Καρικὰ θρηνώδη αὐλήματα. τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Φρύγες, ἔτι δὲ καὶ οἱ Μυσοί. διὸ καὶ Αἰσχύλος φησί, βόα τὸ Μύσιον, ἤγουν θρήνει.*

v. 986. Ex multis libris *ἄνια* ter scripsimus. Elisiones adhibuere Blomfield. Burn. Butl. alii, quibus non opus est, quoniam illae voces pro interiectionibus seu exclamationibus sunt, et propterea hiatus habent licentiam. Conf. notam ad v. 615. ubi *βαλὴν ἴθι ἵκου* defenditur.


v. 987. Schol. A. *καί μοι γενείου*] *ληπτέον ἔξωθεν τὸ κόπτε ἢ τίλλε. ἤγουν τίλλε καὶ τὴν λευκήρη καὶ πεπολιωμένην καὶ γηραιὰν τρίχα τοῦ σοῦ γενείου δι᾽ ἐμὴν χάριν. Ἄλλως. Πέρθε· οἱ δὲ γράφοντες ὕπερθε ἀμαθεῖς τοῦ μετροῦ.*

v. 988. Schol. A. *ὁ χορός, εἴποντος τοῦ Ξέρξου τίλλε τὴν σὴν γενειάδα, φησίν, ἀπρὶξ καὶ δι᾽ ὅλου, μάλα γόεδνα, καὶ λίαν λυπηρῶς καὶ γοερῶς τίλλω τὰς τρίχας τοῦ γενείου μοῦ. Ἔστι δὲ τὸ ἀπριγδ᾽ ἄπριγδα ἐπιφώνημα καὶ ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν μετὰ σφοδρότητος τιλλόντων τὰς τρίχας. Ἀντὶ τοῦ ἐπιτεταμένως καὶ ἀπρὶξ καὶ οἷον ἐμμανῶς τίλλω τὰς τρίχας.* Cf. Blomfieldium ad h. l. — Schol. A. *γόεδνα*] *ἤτοι*

ἕδνα καὶ δῶρα τοῖς γόοις καὶ τοῖς θρήνοις διδόμενα. Cui explicationi vix hodie quisquam assentitur.

v. 989. 995. Iambi ischiorrhogici.

Epodus.



v. 997. Quid in vulgata lectione displicuerit Porsono, Blomfieldio et Lachmanno, nos quidem non capimus.

v. 999. Blomfieldius: „κίω. Eo. Vocabulum Homericum et antiquissimum; radix τοῦ κινέω. Choeph. 678. (675.) ἐπείπερ ἄλλως, ὦ ξέν', εἰς Ἄργος κίεις. Suppl. 500. (507.) τούτῳ μὲν εἶπας, καὶ τεταγμένος κίει."

v. 1000. δυσβάϋκτος auctoritatis est maxime dubiae. δύσβατος egregie illustrat Schol. A. δύσβατόν φησι τὸν Περσίδα, οὐχ ὡς σκληρὰν καὶ δύσκολον εἰς ἔμβασιν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ κακῷ καὶ δυστυχίᾳ βαινομένην τῷ Ξέρξῃ. Scholiastae illustrationem aut neglexit aut male perspexit Brunckius, qui vulgo perquam absurde legi δύσβατος monet.

v. 1001. 1002. ἰὼ quod multis placere videmus, quoad sensum molestum est. Med. ἰὼ ἄ, Mosq. A. B. C. ἰωὰ produnt, quod praetulimus. Sensus est: „Eiulatus per urbem audiatur". Post δῆτα interrogationis signum inepte positum in comma mutavimus editionibus veteribus obsequuti.

v. 1003. Schol. A. γοᾶσθ' ἁβροβάται] ἤτοι Πέρσαι τρυφηλοὶ καὶ ἁβρῶς βαίνοντες, ὀδύρεσθε. Conf. Blomfieldium et Heathium ad h. l.

v. 1004. Nimis confidenter, hunc versum eliminandum esse, contendit Blomfieldius, qui omnino hic

et in sequentibus audacius se gessit. Eiusmodi iterationes huic loco aptissimae sunt.

v. 1005. Locum, quem habemus sanissimum, varie tentarunt Butlerus, Blomfieldius, Lachmannus. Schol. A: φεῦ ὦ ὀλόμενοι ταῖς ἀπὸ βάριος ναυσὶ ταῖς τρισκάλμοις. Recte. Namque ὀλόμενοι ad exercitum triremibus perditum spectat, Persiae terrae robur et praesidium.

v. 1007. τοὶ e libris paene omnibus restituimus. δυσθρόοισιν Blomfieldii coniecturam praeter necessitatem adoptare noluimus.

Versuum numeri editionis Stanleianae cum iis nostrae editionis comparantur.

Stanleiana.	nostra.	Stanleiana.	nostra.
19.	20.	588.	550.
24.	25.	593.	555.
29.	30.	598.	560.
34.	35.	628.	590.
39.	40.	633.	595.
44.	45.	640.	600.
49.	50.	645. 646.	605.
54.	55.	651.	610.
59.	60.	659.	615.
64.	65.	665.	620.
71. 72.	70.	670. 671.	625.
79. 80.	75.	676.	630.
89. 90.	80.	682.	635.
98. 99.	85.	852.	805.
108 — 110.	90.	858. 859.	810.
118. 119.	95.	866 — 868.	815.
127.	100.	876.	820.
132.	105.	884 — 886.	825.
137.	110.	893 — 895.	830.
142.	115.	901. 902.	835.
147. 148.	120.	909. 910.	840.
153.	125.	916.	845.
253.	225.	921.	850.
260.	230.	926.	855.
267.	235.	930.	860.
272.	240.	935.	865.
277.	245.	940.	870.
282.	250.	946. 947.	875.
287.	255.	952.	880.
532.	500.	956.	885.
537.	505.	961.	890.
542.	510.	966.	895.
547.	515.	970.	900.
552.	520.	975.	905.
558.	525.	979. 980.	910.
563.	530.	986.	915.
569.	535.	990.	920.
576.	540.	995. 996.	925.
583.	545.	1001.	930.

Stanleiana.	nostra.	Stanleiana.	nostra.
1006.	935.	1049.	975.
1009. 1010.	940.	1054.	980.
1015.	945.	1059.	985.
1021. 1022.	950.	1064.	990.
1027.	955.	1069.	995.
1033. 1034.	960.	1074.	1000.
1039.	965.	1079.	1005.
1044.	970.		

Index Scriptorum.

Numeri paginas indicant.

Index graecus.

Numeri paginas indicant.

A.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

O.

Π.

In-

Index latinus.

Numeri paginas indicant.

D.

E.

G.

H.

I.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

V.

Addenda et Corrigenda.

In Varietate Lectionis:

v. 156. *εὐπρεπεστάτα* B. 188. *προτροπαῖς* Cant. 1. 2. Ven. 1. Ald. 210. *τίς ἐστιν αὐτοῖς* Ox. 219. *α* suprascr. in Cant. 2. 247. *ναΐησιν* v. l. B. 261. A. pro B. 271. *Λη-νίων*. 316. L. pro H. 917. pro K. 343. 715. A. absit. 534. Brunck dele. 550. *δαμοσφ*. v. l. B. 595. post *τι* dele Ald. 615. *βαλὴν* Turn. 685. *στυρία* et *ἐπαχλὺς τὶς* Rob. *ἀχλύς τις* C. 631. dele: Additum etc. 771. *αἱματοσφαγὴς* pro *-σθαγής*. 777. *θέβος*. 807. Rob. pro Turn. 818. *θρηΐκων* B. 847. *εἴθ' ὄφελε Ζεῦ* Turn. 864. *γόνυ* Cant. 2. Lips. 2. 899. *-νῖσι* Rob. Burn. 908. *ἐπανηρόμαν* pro *-μην*. [illegible]

In Commentario:

p. 142, 32. exemplum. 153, 3. ab ult. *θηρᾶν* 160. ult. *μή*. 182, 35. *αὐτῶν*. 228, 29. dele: et. 235, 3. ab ult. *τελευτᾶν*. 272, 8. ab ult. antiquum interpretem.

Acutus hic illic aut deest aut cum gravi confusus est, quod maximam partem typorum tenuitati et imbecillitati debemus.

Impressit Jo. Fridericus Starcke.

Anzeige.

K. F. Becker's Weltgeschichte. Fünfte verbesserte Auflage. Mit den Fortsetzungen von J. G. Woltmann und K. A. Menzel. 12 Bände. gr. 8.

Ueber die erste Lieferung dieser Ausgabe (Bd. 1 — 3. Alte Geschichte) welche kürzlich dem Publicum übergeben worden, ist von einem durch gediegene Betrachtungen als äußerst kundig sich verrathenden Referenten (im Lit. Conversationsblatt, 1824. Nr. 200.) Folgendes geurtheilt worden. „Der jetzige Herausgeber hat in der Vorrede die richtigen Grundsätze der Behandlung entwickelt, und in den vorliegenden drei Bänden beobachtet. Weil aber fast Niemand die Mühe und Schwierigkeit solcher bescheidenen und doch wichtigen Besserungen eines fremden Werkes hoch genug anschlägt, halten wir es für Pflicht auf das Verdienst des jetzigen Herausgebers besonders aufmerksam zu machen. In manchem größern Theile des Werks, z. B. hinsichtlich der Jüdischen Geschichte, ist Ton und Farbe der Darstellung würdiger und angemessener geworden; manche Gegenstände, z. B. Kunst und Wissenschaft, in volleres Licht gesetzt; an anderen Stellen das Ergebniß neuer Forschungen mit wenigen Worten geschickt in den Text verflochten, das Urtheil berichtigt und die Sprache geglättet." — Dann: „Auf eine seltene Weise ist durch die dreifache Bearbeitung und Durchsicht das Ganze nicht auseinandergefallen und mit sich selbst in Widerspruch gerathen, sondern wahrhaft erzogen worden. Die, welche das Werk schon kannten und schätzten, müssen es immer lieber gewinnen; und Diejenigen, welche klagten, sie könnten aus Mangel an lesbaren Werken ihre verborgene Zuneigung zur Geschichte nicht befriedigen, werden diese Entschuldigungen künftig nicht mehr vorbringen dürfen."

Die unterzeichneten Verleger, welche die übrigen Bände in ähnlichen Lieferungen folgen lassen werden, erinnern hierbei, daß von diesem Werke zweierlei Ausgaben erscheinen, nemlich:

1) auf gutem weißen Druckpapier (Prän. Preis auf alle 12 Bände, 12 ½ Rthlr.)
2) auf feinem Median der Berliner Patent-Papierfabrik (Prän. Preis 16 ⅔ Rthlr.)

für welche, so lange der Pränumerationstermin benutzt wird, die angezeigten wohlfeilen Preise (die Hälfte der ehemaligen) Statt finden. Man kann in allen Buchhandlungen Deutschlands subscribiren, welche gegen Zahlung der Hälfte des obigen Betrags die erste Lieferung aushändigen; die andere Hälfte ist bei Empfang der zweiten Lieferung zahlbar.

Den Besitzern der früheren Ausgaben dient zur Nachricht, daß der 11te Band, oder die Fortsetzung dieses Werks, von K. A. Menzel (die Geschichte unserer Zeit) erschienen ist, und der 12te, welcher dasselbe beschließt, in kurzem nachfolgen wird.

Duncker und Humblot.

Ancillon (Fried.) über Glauben und Wissen in der Philosophie, ein Versuch. gr. 8. 1824. geh. 16 Gr. (20 Sgr.)

Bernhardi (A. F.), (allgemeine oder philosophische) Sprachlehre. 2 Theile. gr. 8. 1801. 1803. . 3 Thlr.

Bernhardi (A. F.), Anfangsgründe der Sprachwissenschaft. 8. 1805. . . . . 1 ½ Thlr.

Braniß (C. J.) über Schleiermacher's Glaubenslehre; ein kritischer Versuch. gr. 8. 1824. geh. 20 Gr. (25 Sgr.)

Boccaccio, das Dekameron, übersetzt von D. W. Soltau. 3 Bände. 8. 1803. . . . 4 ½ Thlr.

Büsching (J. G.) das Schloß der deutschen Ritter zu Marienburg. gr. 4. Mit 7 Kupfern in Aquatinta, in Fol. 1823. . . . . 4 Thlr.

Dasselbe, erste Kupferabdrücke auf größerem Papier, Text carton., Kupfer in Mappe. . . 5 Thlr.

Cervantes (Miguel de) El ingenioso hidalgo Don Quixote de la Mancha. 6 Vol. Auf feinem Schreibpapier mit einer geogr. Charte und dem Portrait des Cervantes. gr. 8. 1804. u. 5. cart. . 6 Thlr.

Cicero's Lälius, oder über die Freundschaft; übers. und mit einigen Anmerkungen und Zusätzen versehen von F. S. G. Sack. gr. 8. 1810. . . 9 Gr. (11 Sgr.)

Hagen (F. H. v. d.) und J. G. Büsching's literarischer Grundriß zur Geschichte der deutschen Poesie, von der ältesten Zeit bis in das 16te Jahrh. gr. 8. 1811. 2 ½ Thlr.

Heinsius (Theod.) kleine theoretisch-praktische deutsche Sprachlehre für Schulen und Gymnasien. 10te vermehrte und verbesserte Ausgabe. 8. 1824. 12 Gr. (15 Sgr.)

Herrmann (M. G.) die Feste von Hellas, histor. philosophisch bearbeitet, und zum erstenmal nach ihrem Sinn und Zweck erläutert. 2 Thle. gr. 8. 1803. . 3 Thlr.

Ideler's (L.) Handbuch der Italiänischen Sprache und Litteratur; oder Auswahl gehaltvoller Stücke aus den klassischen Italiän. Prosaisten und Dichtern. Nebst Nachrichten von den Verfassern und ihren Werken. Zweite umgearbeitete Ausgabe. 2 Bände. 1822. gr. 8. geb.

Prosaischer Theil. 2 ⅓ Thlr. Fein Papier 2 ⅔ Thlr.
Poetischer Theil. 2 ⅔ Thlr. Fein Papier 3 Thlr.

Lamartine (Alph. de) Méditations poétiques. Nouvelle édition, augmentée des *Nouvelles Méditations* et de *la Mort de Socrate*. 2 Vol. in 12. br. 1 ⅔ Thlr.
les mêmes, pap. fin, grand format 2 Thlr.

Märchen-Saal. Sammlung alter Märchen; mit Anmerkungen herausgegeben von F. W. Val. Schmidt. Bd. 1. Die Märchen des Straparola. 8. 1817. geh. 1 Thlr.

Meißner (A. G.) das Leben des Julius Cäsar, fortgesetzt von J. C. L. Haken. 4 Bände. 1799 — 1812. Schreibpapier mit Kupf. . . . 6 Thlr.
Dasselbe auf Velinpapier mit Kupfern . . 11 ⅔ Thlr.

Menzel (K. A.) die Geschichte unserer Zeit, seit dem Tode Friedrichs II. Bd. I. 1824. 8. . 2 Thlr.
Der 2te Band, welcher die Geschichte bis zum zweiten Pariser Frieden, 1815, führt, und das Werk beendet, ist unter der Presse.

Napoleon's Feldzug in Rußland im Jahre 1812. Aus dem Franz. der Histoire de l'expédition de Russie par M*** (von Chambray) übersetzt und mit neuen Planen, Charten und Erläuterungen versehen von L. Blesson. 2 Bde. gr. 8. und 1 Heft Kupfer und Tabellen. 1824. 4 ½ Thlr.

Ossian's Gedichte; rhythmisch übersetzt von J. G. Rhode. 3 Theile mit Kupfern. Zweite verbesserte Auflage. gr. 12. 1817. geh. . . . . 4 Thlr.

Paläophron und Neoterpe; eine Schrift in zwanglosen Heften, ästhetisch-kritischen Inhalts, bezüglich auf Kunst und Sitte, Religion und Wissenschaft. Herausgegeben von K. E. Schubarth. I. Stück. u. IIten Stückes 1stes Heft. gr. 8. 1823. 24. geh. . . 2 ⅓ Thlr.

Philodem, von der Musik. Ein Auszug aus dessen viertem Buche. Aus dem Griech. einer herkulan. Papyrusrolle übers. von C. G. von Murr; nebst einer Probe des Hymnenstyls altgriech. Musik. Mit 2 Kupf. gr. 4. 1806. 10 Sgr.

Shakspeare's (Will.) Troilus und Cressida; übersetzt von Beauregard Pandin. 12. 1823. geh. 18 Gr. (22 ½ Sgr.)

Theremin (D. Fr.) die Lehre vom göttlichen Reiche, dargestellt 2c. gr. 8. 1823. geh. . . 1 Thlr.

Wolf (Fr. A.) über ein Wort Friedrichs II. von deutscher Verskunst. gr. 8. 1811. geh. 10 Gr. (12 ½ Sgr.)